13、5
11

P. PAPINI STATI

SILVAE

KROHNI COPIIS USUS

EDIDIT

ALFREDUS KLOTZ.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MCM.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

MAURICIO · KROHN · ALFREDUS · KLOTZ · S.

Constat te, mi Krohni, de Statio praecipue esse meritum, quippe qui eximia diligentia assiduaque industria quicquid ad eius Silvas conlucandas pertinet congesseris librorumque collationes et ipse diligentissime confeceris et ab aliis conquisiveris. me vero non Stati tantum, sed meo quoque nomine summas tibi habere gratias libere et libenter profiteor. non dico quod apparatus critici copias locupletissimas per longum tempus comparatas mihi tradidisti et in defendendo Statio a coniectatorum libidine strenuus exstitisti adiutor, sed insuper amicitiae sincerae vinculo me tibi coniunxisti. quae cum ita sint, summopere laetor, quod tibi hanc Stati Silvarum editionem, quam ipse fueras perfecturus, nunciam offerre possum. scis enim me hoc opus a te optimis auspiciis incohatum, dein propter negotiorum grave onus diu sepositum, denique in me translatum maxime fovisse. quamobrem licet non dubitem, quin tu totam rem melius fueris expediturus, dummodo per temporis angustias licuisset, tamen spero te quoque gavisurum, quod quae tu ante tria lustra susceperas, ea nunc tandem in publicum emittuntur non absoluta, sed ad finem quendam perducta. neque apud te haec omnia exponere opus est, qui nosti, sed et ceteris indico, ut sciant, cui debeatur potissimum, si quid inest boni in nostro opusculo. vale.

Stati silvas per medium quod dicitur aevum oblivione fere obrutas[1]) a Poggio Florentino inter concilium Constantiense ad lucem protractas esse ipsius testimonio licet firmare. scripsit enim anno 1417 exeunte vel 1418 ineunte Francisco Barbaro cum alia tum haec: *ago tibi gratias pro XX florenis quos dedisti Matthaeo: liberatus enim sum aere alieno, utque aliquid incipiam referre, mitto ad te per Presbyterum Brandinum Pisanum, qui est ex familia Cardinalis Pisani. Silium Italicum, libros V Statii Silvarum, item M. Manilii Astronomicum. is qui libros transcripsit ignorantissimus omnium viventium fuit, divinare oportet* (var. lect. *opus*), *non legere, ideoque opus est ut transcribantur per hominem doctum. ego legi usque ad XIII librum Silii, multa emendavi, ita ut recte scribenti facile sit similes errores deprehendere eosque corrigere in reliquis libris; itaque da operam ut transcribantur, postea mittas illos Florentiam ad Nicolaum.*[2])

Ex quibus verbis apertissimum fit codicem a Poggio prope Constantiam repertum non ipsum in Italiam esse delatum, sed eius apographon ab homine parum docto scriptum. atque ne hoc quidem quisquam, opinor, negabit, ab uno eodemque librario exaratos fuisse Silium Statium Manilium ad Barbarum missos. de ea autem re dubitat Clarkius, utrum Poggius solum XIII Sili libros legerit et emendaverit an praeter eos Stati quoque Silvas

1) locis a Vollmero collectis (p. 33 sq.) adde potissimum Alchuini locum: Traube, Karolingische Dichtungen 1888 p. 49 adn. 1.

2) *cf.* A. C. Clark, 'the litterary discoveries of Poggio' in 'the classical review XIII (1899) p. 119 sq.

et Manilium. si me consulis, considerato ordine quo laudantur a Poggio illi poetae, ad solum Silium illam emendandi h. e. ad exemplar aliquod corrigendi operam spectare censeo. tamen fieri potuisse minime nego, ut in Statio quoque Manilioque hic illic nonnulla adnotaret Poggius. sed de hac re, quatenus ad Statium pertinet, infra accuratius erit agendum.

codex igitur ille Silvarum quem Poggius scribendum curavit, cum ipsum exemplar non posset acquirere, in Italiam missus ibique descriptus est. ex quo omnes quibus continentur Silvae, codices manavisse auctor est Politianus praeter Laurentianum ab ipso postea repertum, quem Baehrentis fortuna iterum investigata est.

quae cum ita sint, primum codices perlustremus, qui nunc supersunt, omissis scilicet eis quos ab antiquioribus criticis adoratos minimi pretii esse inter omnes iam constat et quorum pars post editiones typis impressas conscripta est. deinde quae inter eos intercedat ratio quoque modo cohaereant cum exemplari illo Poggiano studebimus indagare. tum de notis illis, quas Politianus ad Corsinianum editionis principis exemplar adpinxit, quaestionem instituere e re erit. denique accito codice Laurentiano altius ascendere conabimur, ut quale fuerit commune et huius et Poggianae familiae archetypon, quoad fieri poterit, enucleemus.

§ 1. SILVARUM CODICES DESCRIBUNTUR.

codices potui adhibere eosdem quos Krohnius in Vollmeri editione p. 39 enumeravit. eximia enim ille benignitate, cum officii negotiis distractus Statio non satis sibi videretur posse operam dare, quicquid collegerat, mihi utendum permisit. quod autem certiora et clariora quam ipse Krohnius l. l., potui proferre, eiusdem merito factum est. contulit enim codicem Matritensem Zittaviam transmissum summa cum diligentia ita ut de eius lectione fere *nusquam sit dubium.* id autem ei maxime debetur quod

correctores accuratius discernuntur, quod officium Souter non probe explevit.

vetustissima Silvarum memoria libris manuscriptis servata — licet solius eclogae II 7 — exstat in **codice Laurențiano plut. 29, 32 (L)** exarato, ut Blandinio placuit, saeculo undecimo, rectius ut videtur, cum recentioribus decimo saeculo tribuitur. post agrimensorum, Frontini potissimum Iunique Nipsi, scripta nonnulla, quibus altera manus orationem dominicam et quosdam de Lazaro versus interspersit, tertius librarius paulo recentior scripsit haec:

1. fol. 28ª—29ª med.: Epistolam Hieronymi ad Dardanum de generibus musicorum.

2. fol. 29ª med. tribus versibus de gradibus dignitatum brevem hanc notitiam: *Decanus sub centurione. sub tribuno centurio tribunus sub vicario. sub comite vicarius comes | sub duce. Dux sub patricio. patricius sub rege* (*sub re* in ras.) ł *imperatore. consul & proconsul pene unum ſ̄ | consul qui dona consulat regis. & super quem unū annum donat ne elatio subripiat.*

3. fol. 29ª med. — fol. 30ª med.: GENETHLIACON; LUCANI AD OPPIAM. fol. 29ª margini adscripsit saeculo sexto decimo doctus quidam — fortasse Christophorus Bartholinus, cuius quondam codex fuisse videtur — 'Statij'.

sequuntur minutiae quaedam alia manu exaratae, quas hic enumerare nec opus est nec placet. Lucani, quem fortasse carminis Statiani auctorem esse putavit, nomine commotus videtur esse librarius ut Genethliacon seorsim exscriberet cum aliis quae ipsi notitia digna visa erant. versus sunt continuo scripti, sed punctis lineolisve ferme in fine singulorum versuum additis distincti. maiusculis litteris usus est librarius initiis v. 40. 47. 55. 61. 62. 63. 64. 81. 83. 93. 98. 102. 111. 117. 121. 126. 134. itaque exemplar, unde hoc carmen petitum est, versus singulos singulis lineis exhibuisse apparet. primus Politianus hoc codice usus est et ex eo quaedam ad exemplaris sui, quod nunc in bibliotheca Corsiniana conservatur, marginem ad-

notavit nonnumquam addita nota *Δ*.[1]) Baehrenti demum contigit ut librum diu quaesitum reperiret. praeter eius collationem in editione publicatam in meum usum potui convertere eam, quam Hermannus Goehl Krohnio permisit nec non Vollmeri, qui tabulas photographicas Heidelbergenses a Zangemeistero sibi transmissas inspexit.

in ceteris carminibus recensendis nitimur solis codicibus noviciis, quorum nullus saeculo quinto decimo antiquior est. quorum agmen merito ducit

codex Matritensis bibliothecae nationalis M 31 (nobis **M**), qui ineunte saeculo quinto decimo conscriptus anno 1879 a Gustavo Loewe Matriti repertus et collatus est. postea anno 1895 Mauricius Krohn librum accuratissime excussit. praeterea usus sum ea collatione quam Alexander Souter publici iuris fecit in commentariis qui inscribuntur 'The classical review' vol. XII (1898) p. 400—406, p. 441—445, cf. vol. XIII (1899) p. 35. sed cum manus correctrices ille non distinxisset, eius fide uti non potui, nisi ut Krohnii testimonia confirmarem. ubi re vera distant, utriusque lectiones adnotavi. constat codex foliis chartaceis 115, altis 30,5 cent., latis 20,7 cent. quorum duodena cohaerent; primum autem primi senionis folium abscissum est. post quintum senionem sequitur quaternio (fol. 60—67); sed cum fol. 60—63 alius chartae sint et in calce fol. 64^a legatur numerus 9, et hunc fuisse quondam senionem apparet, cuius octo paginae nescio qua de causa excisae posteaque alia charta ex parte suppletae sunt. quadrageni autem ferme versus in singulis paginis scripti sunt. involucrum non ab initio adfuisse et primorum foliorum sordibus demonstratur et schedulis typis inscriptis, quae ad tergum fulciendum glutino sunt insertae. continentur autem codice sicut in tergo scriptum est: *Manilii Astronomicon et Statii Papini*

---

1) ad II 7, 1 haec adscripsit: Inveni hoc genethliacon in libro quodam vetusto in quo erat $\overline{\text{cr}}$ (*an* $\overline{\text{et}}$ = *etiam*?) liber M. Juni Nypsi et contuli. Erat in pagina $\overline{\tau\text{ev}}$ (?) lucani ad oppiam. *signatur* littera (?) *Δ* quod in eo legitur.

Sylvae M. S. — eadem manu utrumque opus conscriptum est — ac Manilii quidem I 82—V 745 leguntur fol. 1ª—54ª; I 1—81 folio primo, ut supra commemoravi, abscisso perierunt. sequuntur vacua folia usque ad fol. 63ª. fol. 63ᵇ manu quinti decimi saeculi exaratum est: *continet folia · LI ·*; haec nota ad Stati Silvas spectat, quae fol. 64ª—114ᵇ sine titulo exaratae sunt. antequam liber membrana vestiretur, initiales in Manilio singulae rubra linea ad perpendiculum ducta ornatae sunt; in Statio lineae illae plerumque in unam coaluere minore diligentia nonnumquam ductam, ita ut hic vel illic fere tegerentur eis litterae. supra primos Manilii versus manus recentior — certe post amissum primum folium — scripsit '*Manilii Astronomicon et Statii Papinii Sylvae et Asconius Pedianus in Ciceronem Flacci nonnulla.*' verba '*Asconius — Ciceronem*' linea per medias litteras ducta deleta, item linea infra ducta sequentia expuncta sunt. ex qua inscriptione codices Matritenses **M** 31 et **X** 81 — hoc enim continentur Asconius et Valeri Flacci I 1—IV 317 — olim unum librum fuisse cum alii[1]) concluserunt tum Clarkius l. l. p. 128. id quod non pro certo venditaverim. certe inter eos codices olim relationem quandam fuisse mihi quoque persuasum est. nam uterque codex comitis cuiusdam de Miranda fuit nec non simillimo involucro tegitur; alter (**X**) autem numero 1 in exteriore parte est insignitus, alter (**M**) numero 2. tamen non inde sequitur, ut ab initio uno volumine comprehensi fuerint illi duo libri. sed haec mittamus, cum in praesens nil lucri inde nobis redundet.

codicem **M** 31 non ab homine docto scriptum esse facile apparet. atque quos commisit errores librarius, ei partim difficultate exemplaris, unde Silvas ille transcribebat, explicantur, partim neglegentia scribentis. hoc maxime sub finem operis invenies, illud primis potissimum Silvarum paginis. maxime vero, ut ferme fit, in nominibus propriis peccavit librarius. inde a tertio fere libro eum

1) cf. R. Ellis Hermathena XIX (1893) p. 263 adn.

melius agnovisse archetypi litteras eo perspicitur, quod menda rarescunt; ultimis vero paginis cum aperte ad finem properaverit, augetur numerus corruptelarum. sed quae primis paginis commisit, ea parum familiarem ei fuisse ostendunt usum linguae Latinae: verba falso contraxit, falso secrevit, litteras similes inter se commutavit; veluti constanter fere in prima praefatione 's' scripsit pro 'r'. haud paucis locis videtur consulto in medio reliquisse, utrum 't' an 'c', 'r' an 'y', 'n' an 'u', 'e' an 'o', 'cl' an 'd', 'm' an 'ni', 'n' an 'ti' vel 'it' vel sim. intellegendum esset. littera 'i' initio vocis simillima nonnunquam est litterae 'l', litterae 'i' raro titulum adpinxit **M**[1], saepe **M**[2] et **m**. ex his rebus graviora tantum in apparatu critico notavi, similitudinis signo usurpato quale mathematici adhibere solent. compendiis usus est paucis librarius et eis plerumque tritissimis. quamquam notandum est eum nota ꝗ non ut ferme librarii vocem *quod*, sed *-que* particulam significare. unde in apographis non numquam *quod* legitur loco particulae *-que*. praeterea miro compendio particula sive syllaba *et* exprimitur, cuius plures imagines in tabula photographica apparent. utitur autem scriba ea ligatura in particula *et* decies sive addito *et iam* I *praef.* 13, undecies, decies et ter in voce *pietas*, quinquies in voce *laetus*, quater in formis quales sunt *quietem* vel *quietus*, bis paulo mutata eadem adhibetur ad praepositionem *ex* significandam: I *praef.* 41 et V 5, 59; decies praeterea passim. atque praebet eam codex

in *praef.* I. quater et decies
libro I. quinquies
libro II. quinquies
libro III. septies
libro V. quater et decies — ex quo numero novies in voce *pietas*, bis in *quietem*, semel in *et*, item in *laetus* et *expers.*

ex his numeris id puto licet concludere non ipsius librarii propriam esse hanc ligaturam, sed ab exemplari translatam.

alia ligatura satis mira utitur etiam ad litteras *-nt-* ex-

primendas. nam cum quinquies sine ulla obscuritate N̄ scriptum sit e. g. I *praef.* 18. 21. 29, octies adeo difficile est cognitu compendium, ut Souter nonnumquam *tt* testatus sit pro *nt.* exemplari etiam hoc deberi videtur. adde quod IV 8, 46 *-nx-* exaravit librarius pro *-nt-*, id quod optime explicatur si ligaturae N̄ lineam horizontalem paulum ad dexteram declinatam fuisse ponimus.

maxime sub finem libri litterae *-s* et *-m* finales saepius inter se commutantur: in exemplari igitur simili nota supra lineam posita expressae fuisse videntur. item confusio quae est inter syllabas *-us* et *-is* ex ligatura archetypi quadam explicatur, qualis legitur e. g. in codice Monacensi scholiorum Statianorum (cod. Monac. Lat. 19482), ubi *-us* sic fere scribitur: ʃ. de vocabulis in praefationibus singulorum librorum perperam distinctis postea verba faciam, sed ne sine causa librarium neglegentiae coarguisse videar, quae in ultimo libro peccavit, profero vera lectione in parenthesi addita: V 1, 4 moretur (meretur). 15 aut (haut). 34 cithonida (Tithonida). 45 nuptuque (nuptumque). 51 proavi (proavis). 93 fumosa (famosa). 100 librae (Libye; *idem error saepius occurrit*). 106 velut (vehit). 115 cuius (cui ius). 122 movet (monet). 126 redeuntibus (redeuntis). 133 Caesari (Caesarei). 139 notavit (notabit). 180 Poctora (pectora). 181 mostis (mortis). 197 flamnatus (flammatus). 207 Sec (sed). 211 ciliciumque (Cilicumque). 215 serium (Serum). 230 Sic catum (siccatam). 232 Effugies (effigies). 238 haec (hac). 245 augusta (angusta). 255 eoridas (heroidas). 261 Placantem (*ex versu antecedente pro* 'pacantem'). V 2, 7 longon (longo). 17 tretus (cretus). 22 generosiss (-sus). 23 stammate (stemmate). 39 exorto (exerto). 48 nemea (Nemeaea). 56 potentes (-is). 58 tibi (bibe). 65 Occidio (occidit). 77 nefonda (nefanda). 81 mercioque (meritoque). 84 ire (ira). 88 Excitat (excidat). die saevo (dies aevo). 93 fatis (satis). 100 crimiae (crimine). 103 leges (legesque). 117 distis (dictis). 128 acceaque (Actaeaque). 129 eques (-os). 131 Nubigeras (nubigenas). cedimus (caedibus). 134 librae

(Libyae). 137 pauce (Peuce). 138 solidum (Solymum). 140 magne (-o). 142 calidonios (caledonios). 145 specula (-as). 150 parentis (paranti). 157 et cordia (haec concordia). 166 cingitque (-ique). 175 Unde (vade). 180 Cassidad (-ide). alater (-cer). V 3, 6: Quitquid (quicquid). monstrabrat (-bat *vel* -rat). 7 meus (*sive* mens) pernasia (meos Parnasia). 12 carda (corda). 13 produxa (praeduxit). 14 sonantē (-tes). 21 semina (semita). 33 immunera (in munera). 35 habente (labente). 46 quam (quas). 54 unda (nuda). 62 magniloquio (-quo). 77 Astranacta (Astyanacta). 85 Nata (nota). 99 oroos (heroos). 102 ceu (seu). 107 prestantias (-us). artes (arces). 112 seris (sertis). 119 amittus (-ctus). 132 Versus (verus). 133 ubi (ibi). 135 festina sed ut dux (festinus et audax). 140 clausero (clausere). 157 ari (atri). 168 ausoni (Ausonii). 174 duum (divum). canebant (-at). 178 oportae (opertae). 181 Monstrastis aliis (-sti Saliis). 182 volucre (volvere). 197 Proeligia (proelia). rhedis (taedis). 199 duorum (deorum). 207 monte (-tem). 223 hausti (-stu). 241 si iungere (seiungere). 242 et (te). 253 crinisque (trinisque). 258 segnes (-is). 278 caedas (taedas). 280 Centaurus bydraeque (Centauros Hydraeque). 289 monstrat (-stra). V 4, 5 trucibiss (-bus). V 5, 8 lacestis (lacertis). 9 animaque (-amque). 33 Sciēdo (scindo). 44 faucia (saucia). 51 nox (vox). 52 maestu (-ta). 53 duro (-rus). 75 ingatus (ingratus).

ex quibus si quis nonnulla librarium iam in exemplari invenisse contenderit, non renuam, tamen eius peccata restant sat multa. qualis autem ordinis fuerit ille, ex ipsa subscriptione elucet: FINIS · ADEST · VERE · PRECIUM · VULT · SCRIPTOR · HEBERE (sic!): conducticius igitur quidam fuit scriba, non homo doctus. litterarum autem formae non ad Italum librarium, sed ad Germanum potius redire iam Loewio visae sunt. similes eis sunt quas exhibet Arndti tabula 66 (Schrifttafeln zur Erlernung der lateinischen Palaeographie[3] 1897).

videtur is qui librum scripsit etiam rubricatoris munere

functus esse. hic initiales versuum litteras linea rubra ad perpendiculum ducta ornavit vel potius obtexit nonnumquam carminumque titulos et subscriptiones librorum addidit. praeter ipsum librarium qui haud paucis locis leviusculos quosdam errores correxit (**M**[1]) nec non ordinem versuum incuria sua turbatum statim restituit (cf. I 1, 37 sq. III 1, 172 sq. III 2, 134 sq.) complures correctores ipso saeculo quinto decimo in codice grassati sunt. quorum vetustissimum cano atramento usum signo **M**[2] notavi, reliquos quos accuratius discernere interdum difficile neque operae est pretium, nota **m** comprehendi. horum correcturae fusco colore adpictae sunt partim in margine partim in ipsis litteris, ita ut plus semel quid prima manu scriptum sit non satis liqueat. correctoris **M**[2] manus non invenitur nisi his totius operis particulis:

I *praef.* I 1, 2.[1])
II *praef.* II 1, 6. 125. II 3, 1—II 4, 21.
III *praef.* III 1, 4. III 4, 1—12. III 5, 1—9.
IV *praef.* IV 1, 6. IV 3, 6. 106. 151. IV 6, 37. IV 9, 1—6. 35.
V *praef.* V 1, 32.

in praefationibus igitur maxime carminumque insequentium initiis operam collocavit. unde non otiose, sed festinantius eum egisse iure concluseris. reliqui correctores (**m**) non ultra III 2 processerunt, sed usque ad III 1 omnia carmina nec non praefationes I. II. III. tractaverunt. correcturae autem doctos homines sapiunt, veluti ex eis, quos **m** nominavi, unus qui potissimum Genethliaco (II 7) operam dedisse videtur, adnotavit ad eius v. 30: *Lucanus, Seneca, Gallio,* ad v. 76 *Lucretius, Setinius;* alius ad eiusdem carminis v. 34 adscripsit: '*nimia laus sed forte tempori et auditoribus data cum alibi* (nempe Theb. XII 812) *divinum Maronem adoret.*' eos correctores multis locis coniecturis bene consuluisse non nego.

---

1) in I 2 nonnumquam corruptelae locos cruce ad marginem adposita notavit.

post medium saeculum quintum decimum videtur exortus esse **codex Oxoniensis** Auct. F 5, 5 (apud Barlowium 23, nobis **F**) membranaceus forma minoris, quem primus Robinson Ellis ad Silvas emendandas adhibuit, cf. 'Journal of philology' XX (1892) p. 17—24. idem vir doctus huius libri paginas duas (silv. I 6, 1—50) photographica imagine reddidit in 'XX facsimiles from latin manuscripts of the Oxford library (Oxford 1891).' unde apparet codicem in Italia scriptum esse, id quod firmatur Hirtzelii testimonio, qui librum in Krohnii usum excussit eumque alteri quinti decimi saeculi dimidio tribuit. teste eodem litterarum initialium ornamenta Italum sapiunt. quini et viceni versus in unaquaque pagina exstant. constat codex post primum folium scriptura vacuum agglutinatum septem quinionibus, uno quaternione, uno unione continetque Silvas solas, nullo titulo addito nec spatio eius relicto, usque ad V 5, 21, quibus recentior manus Anglica saeculi insequentis ad supplendum paginae spatium V 5, 22—36 ex codice novicio addidit. eadem ($\mathbf{F}^2$) paucas correcturas adscripsit. fuit liber quondam in bibliotheca episcopi Barlow.

sequitur **codex Budensis** (**B**) olim Budae in Matthiae Corvini regis bibliotheca servatus, deinde inter Iohannis Alexandri Brassicani, professoris quondam Vindobonensis libros, nunc in bibliotheca Palatina Vindobonensi 140 (apud Endlicherum 252). quinionibus compositus est; singulas paginas triceni seni versus complent, involucrum rubri corii putide fere auro ornatum exhibet titulum SILVE STATII, nam solae Silvae hoc libro foliis 56 continentur. proprium autem erat librarii, qui hunc codicem exaravit, ubicumque quid in exemplari suo minus distincte accurateve legebatur, spatium relinquere plerumque maius quam ut ipsis verbis manu simillima additis expleretur. hunc correctorem ($\mathbf{B}^{sim}$) ipsum librarii exemplar ante oculos habuisse certum est. contra quae postea in codice emendando grassata est manus ($\mathbf{B}^2$), variis eum coniecturis foedavit, quas cum mirum in modum cum Rehdigerani lectionibus consentirent, maximam partem ex illo libro fluxisse, iam Otto Müller adnotavit, cf.

eius Quaestiones Statianas p. 5 adn. paucis tantum locis tertia manus occurrit, quam Brassicani esse censet Krohnius.

in eadem qua Budensis bibliotheca alius codex Stati servatur, numero 76 insignitus (apud Endlicherum 251), olim inter **Salisburgenses** 2 (**S**). hic constat fol. 206, altis circiter 30, 5 cm, latis 18, 5 cm, quae quinionibus ferme compacta sunt. exstant autem in eo sola Stati opera ac Thebais quidem fol. 1—133 (fol. 111 bis numerato), sequitur Achilleis quae quinioenm explet et quaternionem fol. 134—150 (ultimum folium iterum bis numeratur); claudunt librum Silvae fol. 151—206. scriptus est codex pulcherrime a librario mercennario, id quod demonstratur monstris illis, quae haud pauca in eo exstant. pauca ego affero ex primis carminibus: I 1, 25 Discidet. 46 sonites. 48 tam colla (stant c.). 79 prelia rhenia. 96 misceturque. 107 docio *vel* dorio. I 2, 4 De migran (*sic!*). 8 absuetuo. 18 te graticus. 26 celant. 49 crato. 54 te ve℞. 69 nec iam exclamante. 105 togari. 128 glacum. 133 per euhan (et euhan). 146 planserunt. 168 in duos (viduos). 173 Carminina. 236 imagine (in agmine). I 3, 2 aniente. 11 Pelmulsitque. 19 tandem (eadem). 23 Pierosoqꝫ. 50 mare (in aere). 53 Calcaham. 86 ulata.

deinde de **Rehdigerano libro** (in bibliotheca Vratislaviensi signato inter Rehdigeranos numero 125, a nobis **R**) verba sunt facienda, cuius Italia videtur esse patria[1]), id quod fortasse certius poterit demonstrari, si quis subscriptionem Silvarum explicaverit. scripsit enim post Silvas peractas librarius haec:

P. PAPINÍÍ. STATÍÍ. SILVARVM. LIBER.
QVINTVS &VLTIMVS FELICITER.
EXPLIT SIT DEO LAVS. P. T. C. S. Eξ.
FINIS

quae hoc libro contineantur accuratissime expositum est ab Ottone Ribbeck in appendicis Vergilianae editione priore

1) cf. A. Imhof, de Statii Silvarum condicione critica 1859 p. 40 adn. 1.

(Lipsiae 1868) p. 26. Silvae leguntur fol. 1ª—85ª foliisque 85ᵇ et 86 adseruit v. II 1, 207—II 2, 35 suo loco omissos idem librarius, qui et notam ad II 1, 206 de hac re addidit. codex nitidissime scriptus ab homine et neglegentissimo et indoctissimo — exemplum autem est apud Aemilium Châtelain (Paléographie des classiques latins II 164) continens V 5, 1—48 — diu virorum doctorum iudicium frustratus est. exeunte saeculo XIII eum exaratum esse placuit Queckio (cf. edit. praef. p. V); non ante saeculi quinti decimi alteram partem eum esse ortum iam constat. praeter errorum primae manus emendationes rarae leguntur alterius manus correcturae **R**² partim inter lineas, partim in margine additae. librarius haud paucis usus est compendiis, sed eis vulgaribus eumque non fuisse virum doctum cuivis intellegere promptissimum est. graviora elegi exempla imprudentiae eius vel neglegentiae haec ex primi libri carminibus I—IV: I 1, 27 captis datisque (dacisque **R**²). 38 grevat (*corr.* **R**²). 51 crimen (*pro* crinem). 79 Rumuleae. 92 horror (*pro* -et). 106 vivet (*pro* iuvet). I 2, 1 lacu (latii **R**²). 18 manilia (*corr.* **R**²). 40 traneos (*pro* cyaneos). 49 errato (*corr.* **R**²). 63 voce (*pro* dulce). 86 palebat (*corr.* **R**²). 89 Praeulsi. 91 transgessus (*corr.* **R**²). 91 durase. 95 ire (*pro* ille). 128 vincla (*pro* Inda). 152 colunnis. 161 recliven. 173 dedicere. 175 attolere. 187 rerrum. 191 possuisset. 199 hyllas (*corr.* **R**²). 204 Annus (*pro* Amnis). 206 ploratus (*pro* prolatus). 211 cũnubia. 236 verosque (*pro* utrosque). 238 intanctum. 249 redimitta. I 3, 30 equis (*pro* aquis). 54 deferentes aerea (*pro* referentes aera). 56 fuguris. 78 accessere (*pro* accersere). I 4, 8 Exivit (*pro* Exuit). 31 cęteri (*pro* Cereri). 52 cuntante. 92 tancti. 103 Spuma tui. 113 me tueris (*pro* metuentis). unum nolim praetermittere, quod huius libri proprium est: saepius enim ipsa littera initialis minuscula forma repetita est. mirum autem est, quod in litteris T et E solis hoc factum est. hos vero exscripsi locos: I 1, 88 E explores. I 2, 81 E ex (ẹ *exp.* **R**²). II 1, 23 T teque. II 1, 177 T transvehit. IV 2, 36 T triptolemi

(*hoc loco idem occurrit in* **M**). IV 2, 53 T talis. V 1, 196 T transtulit. ceterum codicum **BSR** collationes a Krohnio qua solet diligentia confectae mihi praesto sunt.

iam qui restant codices, Romae conservantur. primus est **Urbinas** 649 (**U**), quem Schenkelius in Ausonii editione p. XXV descripsit: formae est maximae foll. 176. continentur eo f. 1^a—70^a Statii Silvae, f. 71^a—123^a Ausonii opuscula, denique a fol. 123^b Apollinaris Sidonius. et hic liber mira pulchritudine scriptus est in Italia: eiusdem scribarum scholae videtur esse cuius **S**, quocum mendorum similitudine cohaeret.

Vallicellianus quoque (C 95, nobis **G**) papyraceus fol. 89 in Italia conscriptus est, neglegenter quidem nonnumquam, sed ab homine docto, id quod probatur coniecturis ex parte minime spernendis. ipse librarius postquam codicem confecit, cum exemplari eum comparasse videtur. praeterea complures diversorum temporum correctores passus est codex, quorum adnotationes nonnumquam vix distinguuntur. in singulis paginis scripti sunt versus circiter 31. praeter Silvas quae exstant fol. 1^a—66^b, continet liber Achilleidem fol. 66^a—85^b nec non fragmentum rustici calendarii astronomici fol. 88^a—89^b. reliquae paginae rebus memorialibus undique congestis completae sunt.

iam codex **Reginensis** 1976 (**H**) papyraceus non ita nitide scriptus continet foliis 249 formae maximae Statii Silvas (fol. 1—67) deinde 'P. Victoris opusculum' quod dicitur Curiosum urbis (68—71), porro Ovidi Fastos (72—152) tum Iuvenalem sine titulo (153—207), quaedam de calendariis (208—210), denlque a fol. 214 Vergili Georgica sine titulo.

tres restant libri **Vaticani**, quorum primus formae octavae numero insignitus 3875 (nobis **I**) post Silvas (fol. 1—77) Stati Achilleidem (fol. 78—100) continet. in **Vaticano** 3282 (**K**) — formae maximae est constatque foliis 89 — Silvae coniunguntur cum nonnullis carminibus quae Gallio cuidam tribuuntur. fuit liber quondam Antonii Panormitae. multa in eo corrector

emendavit (K[c]). iam codex **Vaticanus** 3283 (**Q**), quem librarius die vicesimo mensis decembris 1463 finivit, solas Silvas continet fol. 84. codicum **UGHIKQ** collationibus utor iis quos Foerstemannus in Imhofii usum confecit. De Vallicelliano (**G**) cum Krohnio accuratiora K. K. Müller Jenensis, de Reginensi mecum intercedente Ernesto Lommatzsch collega Georgius Karo communicavit. Mihi quaedam benevolentissime enotavit Ricardus Opitz collega Lipsiensis nec non Drerupius meus Monacensis aliquot locos examinavit.

horum igitur codicum integrae collationes mihi in promptu sunt. ex deterioribus quosdam usque adeo cognovi, ut quid de eis sit iudicandum mihi liqueat. atque his copiis instructo iam ad principalem quaestionem licet accedere et inquirere qua ratione cohaereant libri manuscripti et inter se et cum Poggiano apographo.

§ 2. QUAE RATIO INTER CODICES SILVARUM INTERCEDAT.[1])

ac primum quidem hoc velim teneatur communes esse omnibus libris lacunas omnium virorum doctorum consensu probatas velut II 2, 147. V 3, 129; communem etiam transpositionem illam versuum quam in exitu Villae Surrentinae factam esse iam Antonius Amiterninus et post eum Gronovius cognovit, communes deinde corruptelas minores numero haud paucas. praeterea ne hoc quidem videtur esse neglegendum in nullo codice versus exstare qui non item legantur in Matritensi. atque ut iam indicem quo tendat nostra demonstratio: hunc librum archetypon omnium quinti decimi saeculi codicum ipsumque apographon Poggianum esse certissimis argumentis firmare licet.

atque a reliqua turba secernendos esse libros **GHIKQ**

---

1) quae priores de codicibus Silvarum disseruerunt, ea hic transire possum, cum post Matritensem repertum plane aliud sit factum iudicii fundamentum. honoris tamen causa nomino Imhofii de Statii Silvarum condicione critica libellum scholasticum 1859 et Skutschii disputationem in Fleckeiseni annalium *vol.* CXLVII (1893) p. 469 sq.

(= γ) iam Krohnius adnotavit, ubi quam brevissime de Silvarum codicibus egit.[1] artiore quodam vinculo inter se eos contineri, vel quibusdam versibus et verbis in eis omissis manifestum fit. in nonnullis verborum lacunae ad libidinem expletae sunt. haec autem exempla profero:

I 6, 22. 23 in **M** in fine paginae collocatos om. γ, add. $\mathbf{Q}^2$ mg.

III 2, 134—136 sic exstant in γ:

Incumbens e puppe novus servataque reddes
Colloquia inque vicem euphratrē[2] et bactra sacrasque.

ortus autem est error ex confusione, quam exhibet codex **M**, ubi sic leguntur hi versus:

135 Colloquia inque vicem medios narrabimus annos
134 Incumbens epuppe novus servataque reddes
136 Tu rapidum eufraten et regia bactra sacrasque etc.

litteris **b** et **a** praescriptis ipse librarius in **M** statim ordinem genuinum restituit, quem exhibent **FRBSU**. praeterea omittitur

in γ II pr. 28 libenter

IV pr. 22 *alterum* et

III 2, 10 vobis (add. $\mathbf{I}^2$, versum supplevit proprio Marte **Q** sic: pontusque polusque serenus.)

III 2, 13 ponti (omisere hiante lacuna $\mathbf{GHI}^1\mathbf{K}$, *divae* addidere $\mathbf{I}^2\mathbf{Q}$).

III 2, 51 ecce ('inde', margini codicis **G** adscriptum, in reliquos huius familiae libros migravit, nisi quod **K** 'unde' exhibet).

III 2, 76 hiems (sine lacuna omisere **GHI**, in **KQ** ante 'surrexit' lacuna hiat; 'hyems' addidit $\mathbf{Q}^2$, 'mare' corrector codicis **K**).

III 4, 58 graves (omisere sine lacuna **GHIK**, 'puer' substituit **Q**).

IV 1, 45 dei (in **G** lacuna indicata omissum, voce 'fores' in margine addita, quae manavit in libros **HIKQ**).

---

1) in Vollmeri editione p. 39.

2) sic **G**: euphratem **H**: -tē **I**: eufratē **K**: Eufraten **Q**. omittitur v. 135/6. etiam in Parisino 8282.

addatur etiam IV 2, 61 ubi in **Q** id quod genuinum est 'Ianum' exstat, omissum spatio relicto in **GHIK**.

quae lacunae partim neglegentia librarii eius, qui archetypon huius familiae conscripsit, ortae sunt — nempe ubi spatium vacuum ille non reliquit — partim obscuritate eius exemplaris explicantur, quo ille in describendo usus est.

consentiunt autem huius familiae codices in coniecturis bonis ex parte, sed etiam aliis nequissimis. ex harum numero quaedam fortasse licet neglegentiae eius tribuere qui patrem huius familiae confecit. sat magnus autem numerus exemplorum praesto est, ex quibus haec elegi (nota ω reliquos praeter γ codices significavi. quae in parenthesi collocantur lectiones, eas subtrahas de ω vel γ):

I 1, 18: amplius γ: altius (altior **R**) ω
26: extremos (-as **H**) γ: externos ω
37: pugnas γ: pugnes ω
37: laevam γ: lavium $\mathbf{M}^1\mathbf{F}^1\mathbf{RB}^2$: latium $\mathbf{mB}^1\mathbf{SUF}^2$
73: trepidus γ: trepidas $\mathbf{M}^1\mathbf{F}$: trepidans **mRBSU**
83: sed γ: et ω
I 2, 105: vultu γ: vultum (multum **F**) ω.
I 3, 57: micet (mutet $\mathbf{K}^c\mathbf{Q}^1$) γ: mirer ω
I 4, 11: togatae γ: rogatae ω
II 3, 51: Et . . et . . et γ: Ut . . ut (et **F**) . . ut ω
II 3, 55: servatur (sinuatur **Q** *mg*) γ: scrutatur ω
II 7, 22: Evinctae γ: Et vinctae (Et iunctae **FB**) ω
III pr. 10: penetrasti γ: penetrali ω
III 1, 145: viventibus γ: umentibus **MFB**: humentibus $\mathbf{mRB}^{sim}$ **SU**
III 2, 56: Serius (Serius **KQ**) e p. γ: Saevus e p. $\mathbf{MFB}^1$: Saevus et e $\mathbf{B}^{sim}$ **SU**: Sęvus ubi e **R**
III 2, 123: hic γ: his ω
III 3, 32: animasque (aĩasque **HI**: aeternasque **Q**) γ: aoniasque (aonicisque **U**: aoniaasque **R**) ω
130: ubi γ: tibi ω
165: referas γ: reseras ω
193: phryga γ: stiga ω
194: aut (haud $\mathbf{Q}^1$: h' $\mathbf{Q}^2$) γ: hoc ω

III 4, 19: petenti γ: potenti ω
32: ilus γ: ibis ω (in **M** facile legitur 'ilus')
48: quo (quos Q^2) γ: quos ω
III 5, 66: Gaudia γ: Candida ω
IV pr. 8: sequitur γ: se quam (nisi quod RB^2) ω
pr. 34: aut (at **K**) γ: qui ω
IV 2, 20: super γ: stupet ω
IV 3, 22: exuit γ: exuuit (exuunt **SU**) ω
36: Et γ: Ac (At **BRS**) ω
66: linterna γ: literna ω
159: obviusque γ: abnuesque (annuesque **R**) ω
IV 5, 17: iapigeri (iapigii **I**) γ: lapigeri (lanigeri **R**) ω
IV 6, 9: hiberia (hiberīa **Q**) γ: hiberna ω
6, 52: tele (telae **G**) γ: taleae ω
6, 86: domos γ: domus ω
6, 87: Cenabat γ: Ornabat ω (in **M** pro 'Ornabat' potest aliquis 'Cenabat' legere)
IV 7, 9: Maximum γ: Maximo ω
44: artis γ: actis ω
IV 8, 10: qua γ: quem ω
51: tanti γ: taciti ($\sim$ tanti **M**) ω
58: Monstrat γ: Monstret ω
62: Nomina (Limina **Q**) γ: Numina ω
IV 9, 49: dixero γ: dixere (dissere **R**) ω
V pr. 8: merito γ: marito ω
V 1, 20: nunc γ: tunc ('t' ex 'n' ut vid. M^1) ω
76: qui (diu K^cQ) γ: pii ω
189: De γ: Da ω
V 2, 3: vellantur γ: velluntur (velluatur **F**) ω
115: Pendentem (-tem in **Q**) γ: Tendentem ω
129: Flectet γ: Flectere ω
V 3, 5: Desine γ: Te sine ω
78: et γ: at (ac **F**) ω
103: tumbos γ: nimbos ω
142: germina (-ne **Q**) γ: gramine ω
225: quid γ: quod ω
234: urgebant γ: urguebat (urgebat **RBU**) ω

V 3, 237: rursus (versus **K**^{c}: cursus **Q** rubr.) γ: cursus ω
278: auferre γ: auferte ω blanda γ: laudanda ω
quibus locis manifestissime comprobatur illos quos γ nominavi codices ad unum communemque fontem redire. quid? quod vel in orthographicis rebus plus semel consentiunt? haec adnoto exempla:

I pr. 29: hercule γ: hercles ω
I 2, 165: submittere γ: summittere ω
I 3, 74: tyburnus γ: tiburnus ω
II 2,111: theramnei γ: therapnei ω
III 1,103: penatis γ: penates ω
III 4, 21: idalios γ: id alios ω
IV 5, 38: aphricae γ: africae ω.

ex his locis quos sat multos me exscripsisse arbitror, et hoc dilucide apparet eum qui archetypon familiae γ exaravit, neglegentem quidem fuisse (cf. I 1, 26. II 3, 55. II 7, 22. III pr. 10. III 5, 66. IV 2, 20 al.) sed doctum hominem; sunt enim nonnulla quae feliciter sagaciterque coniecta sunt, velut I 1, 37. I 4, 11. IV 9, 49.

iam vero hos mihi considera locos:

I 1, 87: Mirata ω: $\overset{\text{Au}}{\text{~~Mi~~}}$rata **G**: Aurata **HIKQ**
I 1,103: tarans (terens **RB**^{2}) ω: t$\overset{\text{on}}{\text{ir}}$ans **G**: tonans **HIKQ**^{1}
I 2,154: deuıssa **M**^{1}**F**: demissa **mRBSU**: deu$\overset{\text{cu}}{\text{r}}$ssa **G**: decussa **HIQ**: decussa *ex* decursa *corr.* **K**
I 2,203: mtiade **M** (nitidae **RB**^{2}): tu$\overset{\text{mi}}{\text{rr}}$ade (rr *parum perspicue scripta sunt*) **G**: tumidae **HIK**^{1}**Q**: tuciade **K**mg
I 3, 50: minori ω **G**^{1}: myronis **G**^{1}mg**HIKQ**
I 3, 92: genitor (geniter **U**: nitor **R**) ω: genitor **G**^{1}: decor **G**^{1}mg**HIKQ**
I 4, 57: pigra ω: pigra$\overset{\text{e}}{_\wedge}$ (e *add. atr. pallidiore* **G**^{1}) **G**: pigrae **HIKQ**
II 1, 27: versa ω: vers$\overset{\text{o}}{\text{a}}$ **G**: verso **HIKQ**^{1}: vexo **Q**^{1}mg
28: diu ω: $\overset{\text{diri}}{\text{diu}}$ **G**: diri **HIKQ**

II 3, 22: cervae (terve U: cerne B[1]) ω: terne (r suprascr.) G: terrę HIKQ
II 7, 82: genitalibus ω: genitalibus G: genialibus HIKQ
III 1, 96: Fixisti ω: Finxisti G: Finxisti HIKQ
162: hic ω: hic (his suprascr.) G: his HIKQ[1] hic Q[2]
III 5, 28: nitidis ω: nitidis (a suprascr.) G: nitidas HIKQ
IV 1, 29: fastos ω: fastos (fasces *suprascr.* G[1] *al. atr.*) G: fasces HIKQ
IV 2, 43: tamen ωG[1]: tantum G[1]mgHIKQ
66: flaca ω: fladca G[1]: daca G[1]mgHIKQ
IV 3, 11: cereri ω: cereri[s] G: cereris HIKQ
IV 5, 34: Raptasse (Reaptasse R) ω: Raptasse (e suprascr.) G: Reptasse HIKQ
6, 25: vigilata ω: ~~vigilata~~ (laborata suprascr.) G: laborata HIKQ
V 1, 35: exsaciata (exsatiata U: exsaciata R) ω: exaciata (siccata suprascr.) G: exsiccata HIKQ
141: proturbet ω: proturbet (pturbet suprascr.) G: perturbet HIKQ
V 2, 1: tagetis ω: ta///geni (g *et* ni *in ras.*) G: tageni HIKQ
129: quatere ω: quatete G[1]: quatet G[1]mgHIKQ
V 3, 71: nec ω: neç G: ne HIKQ
V 4, 19: leviter ω: leviter (or suprascr.) G: levior HIKQ

quibus exemplis perspicue cognoscitur, unde fiat ut cohaereant familiae γ libri cum reliquis: codicem G huius classis archetypon esse hinc fit verisimillimum. atque solus G omnes versus continet qui in HIKQ exstant (nisi quod I 6, 22. 23 in Q alia manu in inferiore margine suppleti sunt et I 4, 86[a] in KQ alio atramento additus est). contra omisere H: I 3, 106. I 4, 124. II 7, 86. III 1, 114—120. IV 4, 19 al. I: I 2, 166. III 3, 80. V 1, 26. K: II 2, 92. 93. III 1, 94. 95. nec non codicem H ex G manavisse comprobatur vel summa amborum similitudine nisi quod in H multa librarii stoliditate male intellecta in corruptelam

abierunt. plerumque autem **H** id recepit quod in **G** primitus in textu fuit neglectis vel non cognitis quae postea in **G** correcta sunt. de codice **K** conferas III 4, 46, ubi notam memorialem in **G** margini adpictam 'olorinus' librarius codicis **K** in textum recepit, scripta voce 'olorinusque' pro 'olorinaque'; quae sit origo codicis **Q** his e. g. locis illustratur:

librorum
IV pr. 29: liberorum **G**: librorum **Q**

um
IV 2, 55: Dux (*sscr.* **G**²) **G**: Dum **Q**

ra
V 2, 149: tribụta **G**: tribrata **G**

uo
V 3, 199: duorum **M**: diọrum **G**: divorum **Q**.

I 2, 231 cum **Q** exhibeat 'et fervent', nota marginis **G** quae spectat ad v. 230 'fervent' perperam in sequentem versum inlata est. posse igitur ad codicem **G** reduci libros **HIKQ** satis opinor demonstratum est eis quae adhuc exposuimus: esse eum revera communem fontem illorum librorum inde efficitur, quod **G** ex ipso codice Matritensi descriptus est. nam quae in **G** exstant diversa a Matritensis lectionibus, ea vel neglegentiae vel doctrinae librarii debentur. unum adferam locum unde clare perspicitur, **G** nullo intercedente membro ex **M** haustum esse. finis versus, qui est I 3, 78, in **M** haud facile legitur: voluit vel debuit librarius scribere 'lyceis', sed ita litterae scriptae sunt, ut 'breis' posset legi, si quis non nimia diligentia utebatur. unde in codice **F**, quem ex ipso Matritensi fluxisse infra probabitur (cf. Clark l. l. p. 128), legitur reapse 'breis'. idem in Matritensi legerat qui codicem **G** exaravit. quod cum nihili esse cognosceret ex vili coniectura substituit 'beatis', sed addidit statim iuxta hanc vocem 'breis'. deinde cum quae scripserat examinaret — toto opinor codice perfecto — simillimis litterarum lineamentis eodemque ut videtur atramento, sed pallidiore aliquantillum, delevit 'breis' et 'liceis' adpinxit. unde in exemplari eius 'lyceis' vel 'liceis' ita scriptum esse manifestum est, ut 'breis' aliquis legere posset: en ipsius Ma-

tritensis lectio! alia manus cum 'beatis' metro sufficere videret, illud 'licęis' iterum delevit. similes locos adferre supersedeo, cum unus mihi videatur sufficere. saepissime autem quae in codice **G** prima manu scripta sunt, ex Matritensi difficili interdum lectu explicantur.

alio insuper vinculo cum reliquis codicibus (**ω**) liber **Q** coniunctus est, quocum nonnumquam consentit corrector codicis **K** (**K**^{c}). conferas quaeso hos locos:

I pr. 25: postera die **GHIK**: postero die (postridie **F**) **ωQ**
I 2, 9: quātunq̄ **G**: qua//////////q̃ **I**: quantumque **HKQ**^{1}: quatiuntque **ωQ**^{1}mg
I 2, 81: ignis **GHIK**: ignes **ωQ**
I 2,161: reclivem **GHIK**: reclinem **ωQ**
181: recentis **GHIK**: recentes **ωQ**
225: ingressa **GHIK**^{1}: iniere **ωQK**^{c}
I 4 *tit*: Rutilii **GHIK**^{1}: Rutuli (Putuli **SU**: Rutulli **B**) **ωQ**
I 4, 43: invictum **GHIK**: invitum **ωQ**
I 5, 58: Aditura **GHIK**: Auditura **ωQ**
63: suadere **GHIK**^{1}: sudare **ωQK**^{c}
I 6, 63: graves **GHIK** (*sed in* **K** v *deletum est*): grues **ωQ**
II 1, 78: nec **GHIK**: ne **ωQ**
II 2, 14: prerumpunt **GHIK**: perrumpunt **ωQ**
21: timid(a)e **GHIK**^{1}: tumidae **ωQK**^{c}
23: tuentur **GHIK**: tuetur **ωQ**
38: referetque **GHIK**^{1} (-atque **K**^{c}): reseretque **ωQ**
40: inversa **GHIK**^{1}: immersa **ωQK**^{c}
II 3, 76: Nec **GHIK**: Hoc **ωQ**
II 5, 8: massilio **GHIK**: massylo **MFBSU**: massilo **RQ**
II 6, 79: ferenda **GHIK**^{1}: verenda **ωQK**^{c}
III 1, 77: Arripiunt **GHIK**: Abripiunt **ωQ**
III 2,113: aequant **GHIK**: aequent **ωQ**
III 3, 3: comani (s *superscr.*) **G**: comas **HIK**: comam **ωQ**
III 4,104: penatis **GHIK**: penates **ωQ** (*item* III 5, 12. 58)
III 5,109: qui *om.* **GHIK**^{1}: *habent* **ωQK**^{c}
IV 2, 66: germanicas **GHIK**: germanas **ωQ**
IV 9, 51: me *om.* **GHIK**: *habent* **ωQ**

V 1, 181: carum **GHIK**: tamen ωQ (*in* **M** *potest legi*: carū, *sed voluit procul dubio librarius* tam̄)
V 3, 154: Stersicorus **GHIK**: Stesichorus ωQ.

quibus ex locis licet nonnulli coniecturam sapere videantur, tamen restant, ubi minime explicaveris, cur a ceteris eius familiae codicibus recesserit librarius **Q** nisi quid eum praeter hanc classem aliunde petivisse statuas.

accedit ut in libris **Q** et **K** alio atramento sit additus versus I 4, 86ᵃ omissus in **GHI** et in **Q** versus I 6, 22. 23 alia manu in margine suppletae sint. consentit igitur **Q** nonnumquam cum reliquorum (praeter **GHIK**) turba, ubi coniectura eorum lectionem nemo potuit assequi. tamen vix operae pretium esse arbitror accuratius inquirere quae inter codices **G** et **HIKQ** intercedat ratio quaeve inter illos ipsos; manifestum enim est nihil valere classem γ ad textum recensendum. unum adnoto: non videri cognovisse librarium libri **G** eas codicis **M** correcturas quas **m** nota comprehendi, licet hic illic idem assecutus sit coniectura, quod **m**. restant enim loci ubi post correcturam **m** in Matritensi quid prima manu fuerit scriptum, non satis liqueat: eis haud raro codex **G** cum codice **F** primariam lectionem conservavit. cuius rei exempla infra in tabulam collecta adponam.[1])

Iam ad codicem Oxoniensem (**F**) transeamus. quem Clarkius l. l. et ante eum Krohnius ex ipso Matritensi transcriptum esse cognovit. atque si quis utriusque libri lectiones accurate inter se comparaverit, non dubitabit quin revera Matritensis ipse codicis **F** exemplar fuerit. redire autem **F** ad

1) ad familiam γ pertinet etiam praeter codices Oxoniensem D'Orv. X 1, 5, 34 et Neapolitanum ubi I 6, 22. 23 desunt codex Parisinus 8282, qui e. g. ut supra adnotavi III 2, 135. 136 eundem verborum defectum exhibet quem **GHIKQ**. eodem modo peccatum est in editionibus principe (**a**) et Domitii (**c**), unde libros ex quibus illae expressae sunt, et ipsos classis γ fuisse evincitur. non tanti est accuratius illos indagari, nolim tamen omittere **c** maxima similitudine adplicari ad codicem **Q**, **a** ad codicem **K**. ex **c** pendet is, qui in libro **F** V 5, 22—36 supplevit.

codicem **M**, vel eo fit verisimile quod in **F** omittitur v. I 1, 38: ordo versuum in **M** turbatus, licet restitutus ab ipso librario, huius omissionis ansam dedit. non magni pendo quod compluries particula 'que' in **M** inusitato compendio scripta omittitur. nam aliarum quoque vocum defectus librarium neglegentiae arguit. iam vero quod pro ea falso scripsit 'quod' II 1, 152 ubi aliquanto remotius a voce 'tibi' exstat in **M**, minime videtur praetermittendum. accedit quod haud raro librarius **F** eas litteras quae in **M** simillimae sunt permutavit, veluti plus semel 'ti' legit pro 'n': cf. I 4, 93 noti **F**: non (-n ∼ -ti) **M**, item I 5, 34. 'tertio' **F** pro 'terno' **M** II 1, 184. I 2, 21 'tumbo' **F** pro 'nimbo' **M** (cf. **G**[1]: 'tymbo', unde 'tymbra' effectum est corrigendo)

III 1, 67: discens **M**: discetis **F**
I 5, 11: chelyn **M**: chelyti **F**
IV 5, 43: immens os **M**: mimetis os **F**.

nonnumquam quae in **M** difficilius erant ad legendum omisit **F**, sive quia quid scriberet nesciebat, sive quia atramento confluente verba deleta esse videbantur; hoc factum est IV 1, 29, ubi 'nec' deest in **F**, illud II 1, 164 ubi 'exoſus', III 3, 201 ubi 'linea' desideratur, al. est etiam ubi librarius **F** lectioni libri **M** perperam acceptae coniecturam de suo superstruxerit. veluti I 2, 60 quod est 'deprenso' in **M** potuit legi 'de pretiso', unde ille fecit 'de pretioso'. item III 4, 63 'osidere (**M**) „correxit" in 'obsidere'. III 2, 61 legerat 'ammantibus' pro 'animantibus' subposuitque 'amantibus'. I 5, 9 'Pomte' invenerat in **M** sibique visus est emendare 'Ponte'. sed omnes inter **M** et **F** discrepantias tractare non licet: exemplis illustrandum est qua scribendi ratione librarius **F** usus sit. plurimis autem locis **F** ab initio id scripserat quod primo obtutu poterat legi in **M**, deinde postquam loco attentius perlecto errorem intellexit, statim genuinam lectionem revocavit. longum est omnia haec exempla proferre, sed paucis lectorem fraudari nolui. I 2, 108 in voce 'patrum' litterae 'p' superiore parte non conclusa,

sed distante potuit legi ł (= vel): scripserat igitur F 'vel atrum': cognito errore prima manus 'vel' delevit et 'p' supplevit. II 2, 47 'dımı ttere' exstat in M. duo vocabula esse ratus librarius scripsit 'dū terrę': versu completo errorem emendavit deletis his verbis et substituta voce 'dimittere'. IV 2, 19: 'atlante' in M ita scriptum est, ut 'n' facile aliquis legat pro 'tl': id quod in F factum est: exhibet enim hic liber: 'ạn atlante'. V 1, 12 in libro F 'perenni' exstat correctum ex 'pereum', hoc neglegenter legens ex Matritensis lectione aliquis potuit elicere. V 3, 209 quam difficilis lectu sit codex Matritensis apparet. Krohnius enim 'biotaque' scriptum esse testatur, id quod et mihi probatur, Souterus vero 'luotaque' legit. cum Oxoniensis 'bị luotaque' exhibeat, videtur haesisse librarius, utrum praeferret. iam ut ad finem demonstratio perveniat, duos locos tracto quibus errores librarii eo nati sunt, quod in charta codicis Matritensis quaedam sunt asperitates. V 3, 151 F inter ipsum scribendum ex 'siculisque' 'siculusque' effecit ('i' correctum est, antequam 'q' scriberetur). in Matritensi autem dilucide exstat 'siculusque', sed super alterum 'u' in charta ruga exigua est, qua altera hasta litterae 'u' deleta esse videbatur librario F. similiter V 3, 287 ruga quadam exstante in M infra prius 'l' vocis 'simillimus' hanc litteram deletam esse arbitratus 'similimus' scripsit.

ex libro Matritensi F esse transcriptum iam opinor apparuit. tamen unum restat quod moneam: solas alterius manus correcturas (M^2) cognitas habuit librarius, easque ad unam omnes in textum recepit. contra quae correctores m in Matritensi mutaverunt, codex F penitus ignorat. unde antequam illi in Matritensi grassarentur, F ex eo descriptum esse liquido comprobatur.

apte hoc loco subiungitur codex Budensis (B): nam et hic ab ipso Matritensi descendit. quam diligenter librarius exemplar suum secutus sit, vel inde intellegitur, quod nullum versum omisit neque ubi in M ordo turbatus ab ipso librario statim restitutus est, quidquam peccavit.

adde quod tam caute egit librarius **B**, ut lacunas aliis explendas mallet relinquere, quam temere falsa transcribere. quas lacunas, ut iam supra diximus, manus non eadem — nam ut alia omittam, alio particulae 'que' compendio utitur corrector quam $\mathbf{B}^1$ — sed simillima ($\mathbf{B}^{sim}$) supplevit. eadem minores quosdam librarii lapsus emendavit, velut 'lucorum' restituit I 3, 39 pro 'lucrorum', 'Catillum' pro Catullo I 3, 100. II 1, 72 ubi $\mathbf{B}^1$ deceptus marginali nota codicis **M** (catasta $\mathbf{M}^2$ *mg*) nominativum scripserat, genetivum revocavit. iam gratum esse opinor de nonnullis illarum lacunarum fusius agi, ut qualia potissimum librarius $\mathbf{B}^1$ reformidaverit, fiat manifestum. duobus locis spiritum Graecum quo ad litteram 'h' exprimendam correctores Matritensis usi erant, $\mathbf{B}^1$ ignoravit: elicone I 2, 4 in **M** nunc exstat: telicone scripserat $\mathbf{B}^1$ quod $\mathbf{B}^{sim}$ correxit. II 4, 28 cum 'umenti' minime clarum esset in **M**, $\mathbf{B}^1$ solum finem vocis '-ti' scripsit, cetera correctori $\mathbf{B}^{sim}$ relinquens. plurimas autem difficultates librario $\mathbf{B}^1$ praebuisse videtur compendium minus usitatum quo syllaba 'et' non raro in **M** significatur: compluribus enim locis in ea anceps haesit vocesque illas vel totas vel ex parte omisit. omnes locos quibus lacunas $\mathbf{B}^{sim}$ explevit enumerare fere immensum est: pauca tamen proponere e re erit. quod IV 2, 36 in **M** initio versus legitur 'T triptolemi', post initialem T nihil iam scripsit $\mathbf{B}^1$: $\mathbf{B}^{sim}$ versum addidit. etiam I 3, 78 in voce 'lyceis' quae reliquis quoque librariis difficultates praebuit (cf. **G** supra p. XXIV) haesit $\mathbf{B}^1$: $\mathbf{B}^{sim}$ igitur versum recte explevit. III 3, 189 post 're' finem fecit scribendo $\mathbf{B}^1$, cum quod in **M** exstat 'reventia' non intellegeret. I 2, 157 aNNū quid in **M** sibi vellet, nesciebat $\mathbf{B}^1$: noluit periclitari, ergo omisit vocem. III 3, 210: in **M** legitur 'sitiss'. quod cum nihil esse videret $\mathbf{B}^1$, omisit non ausus 'situs' corrigere. etiam IV 6, 83 quod in **M** exstat 'sgunti', adeo librarium $\mathbf{B}^1$ terruit, ut vocem omitteret: $\mathbf{B}^{sim}$ 'sagunti' supplevit (cf. **F**). — correctorem $\mathbf{B}^{sim}$ eodem exemplari unde $\mathbf{B}^1$ transcripserat, usum esse manifestum est. fluxisse autem librum **B** ex

M vel eo apparet quod ubicumque $\mathbf{B}^1$ lacunas patefecit, in **M** aliqua latet difficultas. pro certo vero evincitur versu II 1, 59 ubi lectione libri **M** '~~ur~~ira', male intellecta $\mathbf{B}^1$ 'urna' scripsit, $\mathbf{B}^{sim}$ 'ira' restituit. post codicem **F** librum **B** ex Matritensi transcriptum esse eo comprobatur, quod **B** non solum correctorem $\mathbf{M}^2$ respexit, sed posteriorum quoque ad unam fere omnes sive correcturas sive notas margini vel inter lineas adpictas in contextum recepit.

iam Rehdigeranum (**R**) non ex ipso Matritensi fluxisse vel omissis suo loco illis versibus II 1, 207 — II 2, 35 satis abundeque patet. nam cum sexaginta quattuor versus — addito nempe titulo Villae Surrentinae — librarius omiserit, apparet eum duas paginas exemplaris sui (ϱ) transisse. hoc igitur tricenos binos fere in quoque pagina continuit. quamquam quin per aliquot gradus a Matritensi descenderit **R** dubium esse non potest. nam licet multi loci parum conveniant inter **R** et **M**, tamen ubi in **M** ordo mutatus erat neglegentia librarii, is qui codicem **R** exaravit, bis peccavit. turbatum archetypi ordinem indicant v. I 1, 37 sq., qui in **R** sic leguntur:

Dextra vetat pugnes lavium tritonia vulgo
Va stimulis accendit equū vacat
Non grevat & sectę prętendit colla medusę
Ceu stimulis accendit equū nec dulcior us$\overset{u}{q}$ etc.

unde conicio in ϱ sic eos fuisse scriptos:

Dextra vetat pugnes lavium tritonia vulgo
Va Ceu stimulis accendit equum cat
Non gravat et sectae praetendit colla medusae
Ceu stimulis accendit equum nec dulcior usquam

e. q. s. deinde III 1, 172—174 hoc ordine exhibet **R** 174. 172. 173, eodem quo ab initio librarius **M** eos scripserat, qui statim ordinem verum redintegravit. neglexerat igitur ϱ notulas c b a versibus praefixas falsumque ordinem retinuit. non tanti facio quod in alterius libri praefatione quae in **R** ipse librarius inter lineas et in margine addidit 'trado conditio sic posita ē ut totus

hic alter liber', in **M** unum versum efficiunt. quod argumentum per se gravissimum hic minus valere eo efficitur quod versuum distinctio qualis in **M** hoc loco exstat ad huius libri fontem redire videtur. quod codex **R** haud raro lectiones praebet multo elegantiores quam **M**: ϱ correctorem nanctus esse videtur satis doctrina pollentem, cuius etiam in apographo (**R**) certissima vestigia indagamur. neque enim cotidianam doctrinam sapit — ut exemplum proponam luculentissimum, — quod in **R** IV 4, 79 legitur 'vesulus' pro corrupta codicis **M** lectione 've suus'. ex Vesulo enim monte Padus flumen originem ducit, cf. Plin. hist. nat. III 117. Pomp. Mel. II 4, 4. Verg. Aen. X 708.

qua re diligenter considerata, ne emendationes quidem egregias, quibus **R** fere abundat, ipsi codicis librario tribuemus, sed correctori exemplaris ϱ. nam et eum qui hoc scripsit, ineptissimum hominem fuisse manifestum fit ubicumque eius manum certo deprehendimus. quid? quod in **R** legitur IV 7, 2 'creato' pro 'erato', nonne ex tali lectione libri ϱ explicatur '$\overset{\text{e}}{\text{c}}$rato'? similiter explicatur V 2, 75: 'credere': fuit in ϱ 'redere', quod corrector huius libri 'c' littera suprascripta sanaturus erat. sic III 3, 89 'ad bauriferis' videtur ortum esse ex lectione ϱ: 'ad ^{b}auriferis', III 4, 84: 'sanucia' ex 'sa$\overset{\text{u}}{\text{n}}$cia' (ϱ), V 2, 37 'Bolanumque ac' ex 'Bolanum$\overset{\text{at}}{\text{q}}$ue' (ϱ). quod si verum statuimus, optime explicantur lectiones codicis **R** velut:

I 2, 234: 'teriturus' (us *exp.* R^2): 'terit$\overset{\text{ur}}{\text{us}}$' ϱ

I 4, 4: Et **M**: Est **R**: E$\overset{\text{s}}{\text{t}}$ ϱ

I 4, 92: tanti **M**: tancti **R**: tan$\overset{\text{t}}{\text{c}}$i ϱ

I 5, 10: cyatos et enumerare M^1: ciatos atque et enumerare **R**: cyatos $\overset{\text{atque}}{\text{et}}$ enumerare ϱ

II pr. 28: de hec **M**: de debeo **R**: de $\overset{\text{debeo}}{\text{hec}}$ ϱ.

III 2, 111: therapnei **M**: therampnei **R**: thera$\overset{\text{m}}{\text{p}}$nei ϱ

IV 2, 51: adclinare **M**: adiacclinare **R**: add$\overset{\text{l'ac}}{\text{i}}$nare ρ

IV 5, 34: Raptasse **M**: Reaptasse **R**: R$\overset{e}{\text{a}}$ptasse ρ

sed haec hactenus, ne nimium videamur lusisse in re lubrica atque incerta; cf. etiam Nohlii quaestiones Statianas (1861) p. 33. restat ut in codice **R** certa vestigia correctorum **m** non occurrere adnotemus, licet nonnullis locis idem exhibeat **R** quod illi emendaverunt; tamen haec etiam correctorem ρ invenisse censuerim, nam quibusdam locis ubi quid ante correcturam **m** fuerit in **M**, parum liquet, **R** cum lectionibus libri **F**, nonnumquam etiam cum **G** consentit, quos ante illam correctorum invasionem ex **M** profluxisse supra contendimus.

denique supersunt codices Salisburgensis (**S**) et Urbinas (**U**) quos non ex ipso Matritensi transcriptos esse, sed artissime inter se cohaerere et vocibus quibusdam omissis in utroque libro, et mendorum similitudine probatur. nam quod in **S** et in **U** versum I 2, 198 incuria scribentis praeteriit, minime per se quidquam facit, propterea quod simile initium est v. 197 et v. 198. Sed desunt in utroque libro vocabula haec: I pr. 28 scis. 31 certe. I 5, 20 hinc. II 1, 181 in. II 5, 19 dedere. III pr. 9 expaveris. III 2, 53 in. III 4, 63 que. IV pr. 39 *alterum* et. V 2, 38 metus. V 2, 40 vera. III 1, 82 vocis 'casa' sola littera finalis in utroque superest. accedit quod nonnumquam in verborum collocatione mutata consentiunt **S** et **U**: cf. I 2, 257: similes tecum iunctaeque Camenae **SU**: tecum similes iunctaeque Camenae *ceteri*. II 6, 32: circum phoebi (phebi **U**) fugientem moenia sevi **SU**: circum saevi f. m. phoebi *ceteri*.

denique quanta necessitate libri **S** et **U** sint coniuncti, dilucide apparet ex multis lectionibus quae horum codicum propriae sunt. ex innumerabili serie ea potissimum exempla deligenda censui, quibus nullo pacto fortuitus esse potest consensus.

I 2, 8 absuetuo **SU**: adsueto **M** 18 te graticus **SU**: tegeaticus **M** 153 rubent **SU**: lucent **M** 277 senecte (-ę **U**) **SU**: senescat **M** I 3, 31 et **SU**: sic **M** I 4 *tit.*

PUTULI SU: RUTULI M 97 astro SU: ostro M I 6, 10 velaria SU: vellaria M 18 armenia SU: amerina M 61 inani SU: manu M II 1, 75 tandemque SU: tardeque M 101 transversos SU: transertos M II 2, 10 pollet SU: pollae M 54 feruntur SU: fuerunt M 89 aera SU: area M II 3, 23 fides SU: fidas M II 4, 21 socer SU: soror M II 6, 3 assurgere SU: accedere M II 7, 6 Dotalis SU: Vocalis M III 1, 63 Una SU: Unda M 144 Lapsae SU: Ipsae M 174 viridique SU: viridi M III 2, 59 enim SU: omni M III 3, 28 egregium errat SU: egregiis eat M 40 silvis SU: similis M 41 vides SU: dies M 61 colidius SU: quo lilius M 119 et SU: a M 174 moderarunt SU: moderantur M III 4, 45 secum SU: sic M III 5, 83 torperat SU: temperat M IV pr. 9 martia SU: quarta M 10 Primum SU: Primo M IV 3, 29 Sordebatque totas SU: Sorbebatque rotas M 91 fertur SU: serpit M IV 4, 98 More SU: Mole M IV 5, 17 levant SU: lavant M (genuina lectio est 'balant') 30 Ieptis SU: Leptis M 33 cumuli SU: romuli M IV 4, 47 thelemes SU: thelcines M 51 adunsata SU: admisata M (pro genuino 'admirata') IV 7, 23 ·Rhector (in S 'R' exp.): Rector M 55 troiani SU: timavi M IV 8, 21 pedis SU: prolis (sed ita ut 'o' et 'l' fere coalescant) M IV 9, 17 Et SU: Te M 43 patulas SU: patinas M V 1, 50 Aut nimium SU: Autumnum M 64 Non SU: Nec M 118 Intumet SU: Intumuit M 152 modo SU: malo M 205 erepte SU: ^{e}recte//// M V 2, 59 Auris SU: Auribus M 116 minantem SU: minacem M 149 theatra SU: thoraca ('h' supra lineam add., 'c'~'t') M 152 felix SU: fidens M V 3, 4 echydnam SU: cyrrham (sed 'yrr' parum dilucide) M 29 totque SU: terque M 85 minus SU: nimis M 172 operta SU: opaca M 229 qua SU: quod M V 4, 4 carmina SU: cacumina M 11 nullo SU: mille M V 5, 36 tędasque SU: thebasque M 59 infelix SU: felix M. hos locos ex omnibus fere carminibus elegi. addo nonnullos

quibus neglegentia quaedam librarii etiam magis appareat, vocabula enim quae similem sensum exhiberent ille substituit, velut I 2, 52 'via lactea' scribi maluit, quam 'plaga lactea'. item IV 1, 17 de suo edidit 'sancta parens mundi' pro 'magne parens mundi' (nempe Domitianum dicit poeta) nec non IV 2, 61 'larem' pro Iano, IV 3, 50 'montes' pro nemoribus, V 2, 109 'senes' pro patribus aliaque hoc genus. sed mittamus istas ineptias miseruli librarii: nemo opinor codices **S** et **U** artissime cohaerere negabit. ex uno eodemque codice (σ) eos transcriptos esse contenderim. iam eos ad communem reliquorum fontem, ad Matritensem nimirum, redire demonstrandum est. nil contra hanc sententiam facere in propatulo est; immo certissime evincitur eam veram esse eis locis quibus lectiones librorum **S** et **U** ex Matritensis litteris male intellectis explicantur. cuius rei haec in promptu sunt exempla: II 1, 175 'flere' exhibent **SU**, ceteri libri praeter **R** (in quo item 'flere' legitur) 'flerunt', **M** habet 'fler̄' quod compendium alius aliter solvit. quod II pr. 6 in **SU** exstat 'morum': in **M** fere confluxere voces 'in omni' minusque clarae sunt litterae 'mn'. II 1, 96 ligatura 'et' quam in voce 'pietate' admisit librarius **M**, factum est, ut 'picirate' exhiberet σ. II 1, 161 'palam est iactique' (sic **SU**) post correctores **m** neglegentem librarium legere potuisse testatur Krohnius. II 2 *tit.* ubi 'et elieis' **SU** praebent, in **M** litteras F et C non prorsus alienos esse ab E et e idem auctor est. II 2, 66 in voce 'Phydiaca' rubra linea per litteram P ducta effectum est, ut aliquis posset legere O pro P. hinc lectiones codicum **SU** natae sunt: exhibet enim **S** Ohrdiacę, **U** Hordiace. quod III 1, 13 'hyrtaque clivis' in **SU** legitur, Matritensis lectione 'hyrtaque clunıſſ' explicatur. III 4, 90 'madere' (sic **SU**) librarium parum diligenter legentem elicere potuisse ex **M** (incidere) in collatione adnotavit Krohnius. IV 1, 29 particula 'nec' parum perspicue scripta turbatum esse librarium **F** supra[1]) commemoravimus: qui patrem

1) cf. p. XXVII.

librorum **SU** exaravit 'que' legit pro 'nec'. nam infra litteram 'n' in **M** atramentum difluxit, ita ut 'q' legi possit.

sed taedet in illis ineptiis diutius versari: argumentum in fine collocavi non infimum. in libro **S** alterius praefationis versus licet non expleto solito spatio eodem modo dividuntur qua in **M** isdemque locis magnae litterae occurrunt in **S** et in **M** — de **U** nihil certi in hac re affirmare possum, cum Foerstemannus, cuius collatione usus sum, de talibus rebus nihil adnotavit, sed cum ad eundem fontem **U** redeat atque **S**, non opus est longiore de hac re inquisitione.[1] accedit quod **S** maiusculis litteris utitur et in ceteris praefationibus ubicumque vel eis librarius **M** usus est vel graviore interpunctione posita **M**^{2} enuntiati finem indicavit. quae cum ita sint, etiam **S** et **U** ex eodem fonte, unde ceteri libri sunt orti, nempe ex **M**, fluxisse sole clarius est. qui librum, unde descenderunt **S** et **U**, ex **M** transcripsit ei praesto erant vel recentissimi ex **m** correctoris notae in **M** adpictae. nam cum ille I 2, 221 ad versum explendum in margine adnotaverit 'celer', haec vox et in **S** et in **U** eadem versus sede exstat.

ex ceteris exemplis nonnulla infra in tabulam collecta proponam. illud tamen non ausim certo diiudicare — ac re vera parum refert — utrum illud librorum **S** et **U** exemplar σ ex ipso Matritensi manaverit an alius codex inter σ et **M** intercesserit. consideranti autem lectionem σ I 2, 8 'absuetuo' pro eo quod in **M** satis dilucide exstat 'adsueto' probabilius semper visum est **M** non patrem, sed avum codicis σ esse. nam licet in apographo libri **M** sic illa vox scripta esse potuerit 'absuet$\overset{o}{u}$', miratus sum utrumque librum **S** et **U** hinc 'absuetuo' fecisse, quod contra usum certe librarii **S** est, qui compluribus locis correcturas quas in σ supra lineam adscriptas fuisse concludendum

---

1) **U** initia versuum non eadem exhibere in praefationibus quae **M**, ipse cognovi cum codicem Romae evolverem.

est, in textum recepit. sed utut est nihil valere libros **SU** ad recensionem faciendam manifestum est.[1])

iam cum singulos libros manuscriptos ex Matritensi libro profluxisse demonstraverimus, eo res redacta est ut illum archetypon iure appellare possimus. atque quod in singulorum codicum recensione adnotavimus, alios codices immunes esse correcturis **m**, alios eisdem esse refertos iam tabula composita illustramus, qua et **M**^{2} et **m** correcturae continentur: nota **ψ** omnia apographa significantur. omisi eos locos quibus corrector **M**^{2} palmares librarii errores, velut 's' pro 'r' scriptum emendavit vel verba ab illo perperam distincta recte coniunxit.

I praef. 6: peste et **M**^{1}: parte **M**^{2}**ψ**
7: calare **M**^{1}: calore **M**^{2}**ψ**
14: novaliquid **M**^{1}: non aliquid **M**^{2}**ψ**
16: nosceste **M**^{1}: vos certe **M**^{2}**ψ** (*nisi quod* noscere *male intellecta correctura* **SU**)
20: quamı meone **M**^{1}: *linea sub litteras* qua *ducta* quís (u *suprascr.*) **M**^{2} mg.: quamvis mimeone **RBSU**: quamvis meone **F** (metuo ne **Q**) γ
23: centum **M**^{1}: ceterum **M**^{2}**ψ**
24: mecum **M**^{1}: in ecum **M**^{2}: in equum (equm **F**) **ψ**
28: dubio **M**^{1}: biduo **M**^{2}mg **ψ**
33: gloriar illam **M**^{1}: gloriari villam **M**^{2}**ψ**
35: valenti (fce *suprascr.*) **M**^{1}: valenti **M**^{2}**ψ** (*nisi quod* vallenti **S**)
37: domomum **M**^{1}: *del.* **M**^{2}: *om.* **ψ**

---

1) ad librum **U** proxime videtur accedere codex quidam Ravennas 312, cuius partem (III 4, 1—50) Skutschius in Vollmeri usum contulit. hic qua est benignitate mihi collationem transcripsit.

cf. III 4, 29 patet **Ra**(**vennas**): pater **U**: putat **SM**
30 mille **Ra SU**: nullae **M**
45 secum **Ra SU**: sic **M**
50 prior **Ra SU**: proprior **M**

idem est codex Classensis 312, Ferrara oriundus, de quo conferas Sabbadinium, riv. di filol. 1899, p. 400.

I 1, 2: pa M^1: pactum (*sed* ctum *admodum tenui scriptura, quam* m *clariorem reddidit*) M^2: pa F: per auras RB^2: peractum B^{1}SUγ

II praef. 21: psittacum M^1: psitacum M$^2\psi$

30: rarissima M^1: carissima M^{2}FB^{1}SUγ: rarissima R: clarissima B^2

II 1, 6: manus M^1: mavis M^2 mg ψ (*nisi quod* B^1 manus, *unde* mavis *effecit* B^{sim})

39: Hic M^1: Hinc M$^2\psi$

51: Bracchiaq M$^1\gamma$: que (*h. e.* quae) *sscr.* M^2: Brachia (-cchia U) que B^{1}U: Brachia quae FS: -que et RB^2

63: artis M^1: arctis M$^2\psi$

83: ora M^1: oro M$^2\psi$

94: caesaret M^1: ſ *ante* s *inseruit* M^2: cessaret (caesar et G^{1}H) ψ

110: Sine M^1: Sive M$^2\psi$

112: ımıtare M^1: mutaret M^2 (muparet F) ψ

113: Alcidet M^1: Alcides M$^2\psi$

125: iuxta M^1: mixta M$^2\psi$

III 3, 3: Curvata vadis M^1: nodis M^{2}mg: Curvata vadis SU: Curvata nadis B^1: Curvata nodis FB^{sim} mg HIK: Curavata nodis G: Curvata in nodos Q: Incurvata nodis R

II 3, 25: pe^{c}tus (^{c}. M^2) M: pecus RBSUIKQ: pectus FGH

29: levamque M^1: levaque M^{2}FRBSU: levumque γ (levamque G^1 *s. v.*)

59: unos M^1: imos M$^2\psi$

68: Incorruptae M^1: -pte M^{2}FRBSUQ^c: -pta GHIKQ^1

III praef. 5: haec M^1: hac M$^2\psi$

25: quoscumque M^1: quos cum M^{2}mg ψ (*praeter* R *qui habet* quoscumque)

IV praef. 14: quo M^1: quoque M$^2\psi$ (*nisi quod* que B^1 *unde fecit* quoque B^{sim})

16: septimum M^1: septimium M$^2\psi$ (*exceptis* RSU *qui habent* septimum)

19: artissime M^1: arctissime M$^2\psi$ (praeter G)

IV 1, 5: gaudere **M^1**: gaudete **M^{2}ψ**
V 1, 4: moretur **M^1**: meretur **M^{2}ψ**.

omnibus apographorum librariis cum correcturas **M^2** notas fuisse ex hac tabula appareat, hunc correctorem in libro **M** versatum esse probatur, antequam vel unus ex eis quos manibus tenemus libris, ex Matritensi transcriptus sit. aliter rem se habere in reliquis correcturis iam supra contendimus, nunc simili tabula sed quae gravissima tantum contineat, testimonia congessimus (pro familia γ patrem **G** adesse iussimus):

I 1, 1: gemmata **M^{1}FRG**: geminata **mBSU**
6: Effigere **M^{1}FRG^1**: Effinxere **mBSU**
37: lavium **M^{1}FR**: laevam **G**: latium **mB^{1}SU**
I 2, 7: elegea **M^{1}FRG^1**: elegia **mSUG^c**: elegeia **B**
38: vivo **M^{1}FR**: viva **G^1**: iuno **mBSU**
44: nec **M^{1}FRG**: hec **mBSU**
220: Lethous **M^{1}FRG^1**: Lathous **mBSUG^2**
I 3, 27: Sesciacos **M^{1}R**: -tos **F**: -thos **G**: Sestiacos **mBSU**
35: -ve **M^{1}FRG^1**: -ne **mBSUG^2**
71: artano **M^{1}FRG^1**: arcano **mBSU**
96: peciisse **M^{1}F**: petiisse **RG**: pecusisse **mSU**: pecus esse **B**
101: pindaricis **M^{1}FRG**: pyndaricis **mBSU**
I 4, 3: radit **M^{1}F**: cadit **RG**: redit **mBSU**
29: Cui **M^{1}F**: Qui **RG**: con **m** *mg* **BSU**
60: precidem **M^{1}G**: pręcidem **FR**: pretium **mBSU**
61[1]): Progressus **M^{1}FRG**: Pregressus **mBS**
hunc **M^{1}FRG**: nunc **mBS**
64: ne **M^{1}FR**: te **G**: nec **mBSU**
77: per **M^{1}FRG**: perque **mBSU**
99: Verba **M^{1}FRG^1**: Herba **mBSUG^2**
5, 58: pilas **M^{1}FRG**: pylas **mBSU**
6, 9: vovebat **M^{1}F^{1}RG^1**: movebat **mBSUG^c**
II 1, 34: tu **M^{1}FRG**: te **mBSU**
78: quaerere **M^{1}FR**: querere **G**: quererere **m** *mg* **BU**: quereret **S**

---

1) I 4, 61 in **U** omittitur.

II 1, 116: Fregisset **M**^{1}**FRG**: Pressisset **mBSU**
143: ad hoc **M**^{1}**FR**: ad h$\overset{u}{\text{o}}$c **G**: ad hunc **mBSU**
145: et **M**^{1}**FRG**^{1}: e **mBSUG**^{c}
II 2, 119: trahunt **M**^{1}**FR**: trahuntque **G**^{1}: trahuntur **mBSU**
II 3, 26: Decrescit **M**^{1}**FRG**: -et **mBSU**
II 6, 10: utse **M**^{1}**FRG**: urse **mBSU**
43: herrore **M**^{1}**FG**^{1}: errore **R**: horrore **mBSUG**^{c}
93: quid **M**^{1}**FRG**: quin **mBSU**
II 7, 55: Laudes **M**^{1}**FRG**: Laudas **mBSU**
79: Quid **M**^{1}**FRG**: Quin **mBSU**
III 1, 155: digna **M**^{1}**FG**^{1}: dignata **R**: dignare **mBSU**

hac tabula perspicitur libros **FG**ϱ ex **M** descriptos esse, antequam correctores **m** in eo grassarentur: vel hinc licet concludere correcturas **m** non ex libro aliquo vetustiore esse petitas, sed coniectura licet saepius felicissima ortas esse. id quod comprobatur consensu librorum **L** et **M**^{1}: nam II 7, 55 **L** exhibet 'Ludes', unde 'Laudes' librarii errore in **M** ortum esse in propatulo est. 'Laudas' male hinc fecit **m**. II 7, 79 'Quid' legitur etiam in **L**: quod igitur **m** suprascripsit 'quin' coniectura inventum est. denique illi correctores ipsi quales essent, aperuerunt notis ad commendandas lectiones additis. nam ad II 1, 38 ubi 'lumine' falso scripsit **M**^{1}, adscriptum est: 'potius limine', ad II 1, 58 'timentem' adnotatum 'timendum potius'. ad II 6, 93 ubi 'quid' rectissime exstat in **M**, 'hic melius quin'.

quibus rebus probatur correcturas illas ad recensionem nihil valere, sed divinationi quorundam doctorum deberi.

sed si correcturae **m** nullius sunt pretii, non statim sequitur et correctorem **M**^{2} de suo hausisse quae emendavit. huius igitur notae iam in examen vocandae sunt. omissis eis quibus leviuscula menda librarii corriguntur vel res memorabiles adnotantur, illas potissimum contemplari opus est, quibus gravius aliquod mendum tolli videtur. sunt autem hi:

I praef. 6: qua peste et **M**^{1}: qua parte **M**^{2}

I praef. 20: qua mimeone M^{1}: *linea infra* qua *ducta margini adscripsit* M^{2} $\overset{a}{\text{quís}}$

†23: centum M^{1}: ceterum M^{2}

*28: dubio M^{1}: biduo M^{2}

†35: $\overset{\text{fce}}{\text{valenti}}$ M^{1}: valenti M^{2}

†36: mentiri (-nt- *compendio illo scripta parum usitato*): *super* e — *add.* M^{2} *non intellecto compendio*

*37: claudie   ei M^{1}: etrusci *suppl.* M^{2} mg.

†domomum M^{1}: *del. linea infra ducta* M^{2}

I 1, 2: pa M^{1}: pactum M^{2} (*quamquam non ab omni parte certum est reverane supplementum debeatur* M^{2})

†II praef. 30: rarissima M^{1}: carissima M^{2}

*II 1, 6: manus M^{1}: mavis M^{2} mg.

*39: Hic M^{1}: Hinc M^{2}

†63: artis M^{1}: arctis M^{2}

125: iuxta M^{1}: mixta M^{2}

†II 3, 3: vadis M^{1}: nodis M^{2}

†29: levamque M^{1}: levaque M^{2}

*III praef. 25: quoscumque M^{1}: quos cum M^{2} mg.

*IV praef. 14: quo M^{1}: quoque M^{2}

*16: septimum M^{1}: septimium M^{2}

†19: artissime M^{1}: arctissime M^{2}

*22: uuıum M^{1}: vivium M^{2}

†IV 6, 37: Indulsit (l *ex* s) M^{1}: l *expuncto effecit* Inclusit M^{2}

*V 1, 4: moretur M^{1}: meretur M^{2}

quibus locis asteriscum adposui, eis vel de suo vel ex carminibus eorumque titulis emendationem edidisse videtur corrector. cruce addita eos locos notavi quibus genuinam lectionem ille delevit. nam — ut a vilibus ad graviora ascendamus — quod recte 'artis' et 'artissime' scripserat semper sibi constans librarius, contra codicis usum formas 'c' littera auctas M^{2} substituit. II 3, 29 'levamque' recte intellegitur recepta Krohnii emendatione splendidissima


'soporae': cur laeva manu dea iaculum mittat, non liquet: deinde II praef. 30 carissimam uxorum Statius Pollam nullo pacto potuit appellare: rarissima vero est uxorum sicut V 1, 11 'laudati iuvenis rarissima coniux'[1]) et IV 8, 32 'iuvenum rarissime'.

quod porro **M**^{2} ad II 3, 3 adscripsit 'nodis', metro laboranti minime succurrit neque sensui aptum est. falsissimum vero est quod IV 6, 37 'inclusit' scribi voluit: 'Indulsit' unice verum est. I praef. 35 leviorem lectionem videtur effecisse **M**^{2} deleta syllaba 'ſce': genuinam explosit. apparet enim 'est' quod legitur ante 'vale^{ſce}nti' in archetypo fuisse 'ē' quod pro '7̄' (= con) corruptum est: quamobrem Heinsium, qui 'convalescenti' restituit, verum vidisse nemo negabit. 'valenti' autem ad Rutilium Gallicum minime quadrat. I praef. 23 'centum' versus Statium dixisse primus Krohnius perspexit: male intellecta ligatura 'nt' nonnullis locis mire formata locum laborare corruptela ratus corrector 'er' supra vocem scripsit, ut esset 'ceterum'. denique ut finem faciamus eius castigatione I praef. 37 'domomum' licet corruptum necdum certa medela sanatum minime debuit deleri neque a correctore neque a Vollmero. plane enim necessaria est aliqua notio qua illud macrum enuntiatum augeatur neque qui illud monstrum in textum pervenire potuerit, satis perspicitur. iam quid de eis locis iudicabimus quos ut dubios reliqui? I 1, 2 'peractum' potuisse coniectura inveniri nemo infitias ibit. II 1, 125 quod in **M** legitur 'iuxta' teneri potest: immo Marklandus 'iuxta' coniecit pro eo quod in suis libris invenerat 'mixta'. nec non I praef. 20 sine illa coniectura **M**^{2} ad liquidum perduci potest: Politiani enim coniectura probata legendum esse censeo: 'quam timeo ne — probent!' unus locus restat quem quomodo explicem anceps haereo: I praef. 6, ubi quod corrector **M**^{2} elicuit, 'qua parte voluisti' per se sensum probissimum praebet. sed quomodo haec in verba 'qua peste et voluisti' abire potuerunt? certe si in exem-

1) quae significatio etiam in titulis occurrit.

plari suo invenisset 'parte' librarius, nullo modo transcripsisset 'peste et'. manifestum igitur est correctorem levitati magis consulentem quam fidei exemplaris emendationem admisisse.

iam ut summam huius disputationis faciamus, ne **M**² quidem exemplar adhibuit, unde **M** fluxit. quoniam igitur in sola prima manu Matritensis recensionem niti debere ostendimus, e re erit uno obtutu proponere quali vinculo singuli codices cum Matritensi cohaereant, id quod hoc stemmate effici volui:



denique ut illustretur cognatio codicum primam primi libri eclogam cum pleno apparatu critico ita hic proposui, ut primae in **M** manus textum exscriberem.

ECVS · MAXIMVS
DOMITIANI · IMP ·

Quae super inposito sedes moles gemmata colosso
Stat latium complexa forum celone pa

EQVS · MAXIMVS · DOMITIANI · IMP · m mg **A**: EQVVS · MAXIMVS · DOMITIANI · IMPERA^ris^ **F**: EQVVS · MAXIMVS · DOMITIANI · IMPERATORIS **BSU** (**SU** *litteris minusculis*): Domitiano Aug. Aeneus Equs in foro dicatus **G**: Aeneus equus Maximus Domitiani **H**: Equus

Fluxit opus siculis an conformata caminis
Effigies lassum steropem brontemq reliquit
Ante palla die talem germanice nobis
Effigere manus qualem modo frena tenentem
Rhenus & attoniti domus vidit ardua Daci
Nunc age fama prior Notum p saecula Nomen
Dardanii miretur equi cui vertice sacro
Dindimon & caesis decrevit frondibus iden
Nunc neq discissis cepissent pergama muris
Nec grege permixto pueri innuptaeq puellae
Ipse nec aeneas nec magnus duceret hector
Adde quod ille nocens saevosq amplexus achivos
Nunc mitis commendat equos iuvat ora tueri
Mixta notis belli placidamq gerentia pacem

---

maximus Domitiani Augusti **I**: Domitia. Aug. Imp. indulgentissimo equus aeneus in foro latio dicatus **K**: Equus maximus Dom. Caesaris **Q**: *om.* **R**: In Equū Maximū Imp. Domici. **a**: EQVVS MAX · DOMITIANI **c** 1 super imposito **FRB** (**B** *mai. litt.*) **SHKQac**: sup imposito **GI**: superimposito **U** sedes (*del.* M^1 (?) *et* **m**) moles **MF**: sedes RB^2: moles B^1**SUGHIKQac** gemmata **AFGHIKQc**: gemma^ta **R**: geminata **mBSUa** coloso **R** 2 lacium **F**: latum **R** celone B^1: cęlone M^2(m?)B^2**S**: caelone **UR** (n *ex* u R^1) **GHIKQc** pa F^1: pactum M^2 *(sed tenui ductu litterarum) et* **m**: peractum F^2B^1**SUGHIKQac**: per auras RB^2 3 sictis **R** coformata **R** 4 lapsum B^1 steropen **GHIQ** 5 Ante **FRSUa**: An te M^2**BGHIKQc** palladie **FBSU**: palladię **Ra**: palladiae **GHIKQc** 6 Effigere F^1RG^1**a**: Effixere G^c: Effinxere mmg **ABSU**F^2**HIKQc** modo: non **R** 7 Rhemis F^1B^1: Renus **R** domus vidit **F**: vidit domus **mRBSUGHIKQac** actoniti **K** ardua *om.* **K**, *suppl.* K^1 *mg* dati F^1R^1 8 secula **SBQ**: scl'a **R** nom̄ **S** 9 Dardami **F**: Dardanii (ii *ex* u) **R** mirentur **SU** (*in* **U** n *exp.*) 10 Dindymon **H**: Dyndymon **R** cesis **S** iden F^1B^1 (n *exp.* F^2B^2) **U**: idęn **R**: idem **S**: ida **GHIac**: idę **K**: Ide **QA** 11 Nunc **FB**^{1}**S**: Hunc **mRB**^{2}**GHIKQac**: N̶unc **U** cępiss& **F**: cępissent **Ha**: coepissent **c** 12 innuptęque **R** (in *s. v. add.* R^2): innupteque **Q** 13 ęnęas **R** 14 sevos complexus **SU** 15 Nunc **FRB**^{1}**SU**: Hunc **mB**^{2}**IKQac**: N̶unc **GH**: hic G^1 *mg* equos **FRSB**^{2}: eques **G**: eques **H** *(alterum* e *ex* i *rubr.)* **IKQac**: honos **m** *mg* B^1U

Nec veris maiora putes par forma decorq
Par honor exhaustis martem non alcius armis
Bistonius portat sonipes magnoq superbit
Pondere nec tardo raptus prope flumina cursu
Fumat et ingenti propellit strymona flatu
Par operi sedes hinc obvia limina pandit
Qui fessus bellis adsectae munere prolis
Primus iter nostris ostendit in aethera divis
Discit et evultu quantum tu mitior armis
Qui nec in externos facilis saevire furores
Das cattis dacisq fidem te signa ferente
Et minor in leges ir& gener et cato castris
At laterum passus hinc iulia tecta tuentur
Illinc belligeri sublimis regia pauli
Terga pater blandoq videt concordia vultu
Ipse autem puro celsum caput aere septus
Templa super fulges et prospectare videris
An nova comtemptis surgant palatia flammis
Pulchrius an tanta uigilet face troicus ignis
Atq exploratas iam laudet uesta ministras

17 forma: fama **Q** 18 altius **mFBSUa**: altior **R**: amplius **GHIKQc** 19 Bisconius **B**: Bystonius **H** Bistonius portat soni **S**^{1} *in ras. (aberraverat librarius a fine v.* 18 *ad finem v.* 25 *et versus* 26 *initium substituerat)* 20 raptos **R**: rapto **a** c̃su **R** 21 strimona **B** 22 huic **G**^{1}**I** lumina **G**^{2} 23 adsectae (e *prius inter scribendum ex* c **M**^{1}) **F**^{1}**RG**^{1}**a**: adserte **B**^{1}**H**: assertẹ **UG** *mg* **KQc**: asserctẹ **I**: asserte **B***sim.* **S**: adscite **F**^{2} *mg* 24 ostendit *om.* **R**^{1}: õndit *suppl.* **R**^{2} *supra lineam* ethera **S** 25 Discidet **SU**: Discitur **G***mg***IKQc** 26 extremos **GIKQ**: ex͠mas **H** sevire **SR**^{1} 27 Dat **S** captis **RB**^{2}**Ka**: cactis **H**^{1}: catis **c** datisque **FR**^{1} fidem: sidera **F** 28 minor: timor **F**: miror **S** in: tu **F**: ~~tu~~^{in} **G**^{1} 29 hinc *ex* huic **F**^{1} tecta: templa **Qc** 30 Illũc **F**. 31 blandoque (q *add. s. v.* **G**^{1}) 32 celsum: cẹlum **a** septus **B** 33 superfulges **UKQc**: super fulgens **GIR**^{2}: superfulgens **Ha** prospectanṭẹ^{re} **K** 34 contemptis **FBSUGHIQc**: cotemptis **R**: contentis **Ka** flamis **GHIQ** 35 tanta **FGHIKa**: tacita **mRBSUG***mg***Qc** face *om.* **R**^{1}, *suppl.* **R**^{2} *supra lineam* troius **a** 36 exploratos **R**^{1} (*corr.* **R**^{2})

Non grauat et sectae praetendit colla medusae b
Dextra uetat pugnes lauium tritonia uulgo fol. 65^{r} a
Ceu stimulis accendit equum nec dulcior usquam
Lecta deae sedes nec si pater ipse teneres
Pectora quae mundi ualeant euoluere curas
Et qui se totis themes edidit h^{u}asta metallis
Et tergo demissa chlamys latus ense quieto
Securum magnus quanto mucrone minatur
Noctibus hibernis et sidera terret orion
At sonipes habitus animosq̧ imitatus equestris
Acrius attollit uultus cursumq̧ minatur
Cui regidis stant colla iubis uiuusq̧ per armos
Impetus et tantis calcaribus ilia late
Suffectura patent uacuae procespite terrae
Aenea captiui crinem tegit ungula rheNi
Hunc et adrasteus uisum extimuisset arioN
Et pauet aspiciens ledeus ab aede propinqua

---

37 pugnas **GHIKQac** lauium **F**^{1}**RB**^{2}: latium **m** *mg* **F**^{2} *mg* **B**^{1}**SU**; laevam **GHIK**: levam **Qac** virgo **F**^{2}**G**^{1}**H** *rubr.* **Qc** 38 *de* **M** *cf. editionis textum*: *om.* 38 **F**: *post* 37 Va stimulis accendit equū uacat **R**: 38. 40. 39 **S** (*corr.* **S**^{1}?) 38 grevat **R**^{1} (*corr.* **R**^{2}) pretendit **SQ** 39 equm **F** dulicior **G** 40 Lęta **a** 41 ualeant: pateant **R** euoluere: deducere **a** 42 que^{cui} **G**: cui **I**: quis **AG***mg***KQc**: quę **a** themes aedidit **G**: themes addidit **I**: phemes edidit **SU**: themese dedit **Qc**: temese dedit **AK** hausta *ω* 43 It **AQc** demisa **R**: dimissa **a** chlamis **FB**: clamis **RGHIK** lacus **a** 44 *om.* **K** magnis **a**

45—47 *om.* **G**^{1} *additi sunt alio atramento in ima margine* 45 hybernis **RGQ** et: cū **I** *in ras.* sydera **RBSUGQac** terreạt **F** 46 sonites **SU** habitus: initus **a** mutatus **R** ~~equestris~~ eq̄st's **G** 47 uultum **I** 48 Cui (C *ex* Q **B**^{2}) rigidis **m**(?)*ω* stant: tam **SU** nimiusque **a** a^{r}unos **K** 50 uacue — terre **B** cespice **U** 51 Aenia **S**: Enea **U** crimen **FRB**^{1}**G**^{1}**H**^{1}: crinen **B**^{2} terit **Q** 52 Nunc **RSUHa** achaltreus **K**: Acasteus **a** extimuissent (n *del. et exp.* **B**^{1}?) **B** 53 aspitiens **F**: adspiciens **GIK** ledeus (u *ex* n *in ras.*) **B**^{1}: leđus **F**: lędęus **R**: ledens **S**: ledaeus **UIK**: ledus **G**: lędus **H**: lędeus **Q** ab *in ras.* **I**: sub **GH** ede **BSc**∴ ore **a** propinquum **a**

Cyllarus hic domini numquã mutauit habenas
Perpetuus frenis atq uni seruiet astro
Uix sola sufficiunt ~~suff~~ ius essaq pondere toto
Supter anhelat humus aeterna crepido nec ferro aut aere laborant
Sub genio teneat quamuis aeterna crepido
Quae super ingesti portaret culmina montis
Caeliferiq attrita genu durasset atlantis
Nec longae traxere morae iuuat ipsa labores
Forma dei presens operiq intenta iuuentus
Miratur plus posse manus strepit ardua pulsu
Machina continuus septem per culmina montis
It fragor et magnae fingit uaga murmura romae
Ipse loci custos cuius sacrata uorago
Famosiq lacus nomen memorabile seruant
Innumeros aeris sonitus et uerbere crudo
Ut sensit mugire forum mouet horrida sancto
Ora situ meritaq caput uenerabile quercu

---

54 Cillarus **R** nunquam **FRBSUHQac** mutabit **SUF²H**

55 Perpetuuś **G**: Perpetuis **SUHKQac** åstro **Q** 56 Vis **G¹** (l' uix **G** *mg*) Viscera **a** insessaque **mF²BG²IKQ**: insexaque **SU**: ıusessaque **F**: uix esaque **R**: uis sessaque **G¹** (*primum* s *del.* **G¹**): vi fessaque **H**: vi sessaque **a**: in sessaque **c** tanto **AIQc** 57 Subter **FRSUKQac** laborat **AIK^cQc** 58 Sed **AQ** gremio **HIa** quanuis **SU** crepido (c *ex* t **F¹B²**) 59 Que **S** super ingentis **a** 60 Celiferique **S**: Coeliferique **GHIK** atrita **K** durasset (r *supra* s) **Q** athlantis **FSGHQa** 61 longe **BSIQ** more **B** ipse **G¹I** 62 presens **BSQc**: pñs (*ex* pris) **G**: pat^is q̄: **I** *in ras.*: pressis **a** operaque **a** 64 continuos **m** (*an* -uo *voluit*?) **SB**: continuis **Ia** 65 magne **B** fingit **U**: figit **Sa**: fingit (c *supra* n) **Q** 67 Famosusque **Q^c** servent (a *supra* e) **B**: servat **HIKQac***) 68 eris **SU** 69 nugire **F**: mugire (mu *in ras. alio atr.*) ^horrida **G**

---

*) mirarer si in **G** exstaret 'servant'; tamen in collatione qua utor nil de hoc loco notatum.

Ac primum ingentes habitus lucemꝗ coruscam
Expavit maioris equi terꝗ ardua mersit
Colla lacu trepidas laetus mox praeside uiso
Salue magnorum proles genitorꝗ deorum
Auditum longe numen mihi nunc mea felix
Nunc ueneranda palus cum te ꝓpe nosse tuumꝗ
Immortale iubar uicina sede tueri
Concessum semel auctor auctor ego inuentorꝗ salutis fol. 65v
Romuleae tu bella iouis tu proelia rheni
Tu ciuile nefas tu tardum in foedera montem
Longe marte domas quod s. nostra tulissent
Saecula temptasses me non audente profundo
Ire lacus et roma tuas tenuisset habenas
Cedat equus latiae qui contra templardiones
Caesarei stat sede fori quem traderis ausus
Pelleo lysippe duci mox caesaris ora
Mirata ceruice tulit uix lumine fesso
Explores quam longus inhunc despectus ab illo
Quis rudis usꝗ adeo qui non ut uiderit ambos

---

71 At **RBSUG**[1] (Ac **G** *mg*) **HIKa** primum *om. sine lac.* **K** coruscam (s *ex* l *rubr.*) **H** 72 M′′aioris ′′expavit **Q** tibique **a** 73 latu **F** trepidas **F**: trepidans **mA*?RB** (*in ras. ex* predicans **B**[1]) **SU**: trepidus **GHIKQc**: tepidus **a** letus **BSU** preside **BSU** 74 genitor prolesque (proles *supra*) **K** ̣c̣ẹḷọꝝ (*exp.* **F**[1]) deoꝝ **F** 75 michi **U** foelix **Fc** 76 quom **F**: ~~que~~ (cū *supra*) **G**: quum **HIKQ** nosce **a** 77 Inmortale **RGHIK** 78 simul **a** autor **c** 79 Rumuleę **R**: Romule **B**: Romulee **U** prẹlia **Rac**: prelia **BSU** rhenia **SU** 80 federa **SU** 81 si nostra **F**[1]: si modo nostra **RB**[2]; si te nostra **mF**[2]**B**[1]**SUGHIKQac** 82 Secula **BSU** tentasses **mFRSHKQac** profundos **mBSUGHIKQac** 83 Ire (e *ex* a **M**[1]) latus et **F**: lacus sed **GHIKQac** roma̤ (a *ex* e *corr.* **F**[2]) **F**: c̣oma (r *supra*) **G** 84 Cędat (̧ *add.* **R**[2]) **R**: Caedat **H**: Cedet **a** equs **F** latie **Ua** rdiones (d ∼ el) **M**: reliones **F**: diones **mBSUGHIKQac**: dyones **R** 85 Cesarei **U** traddere es **K**: tradere es **QF**[2] 86 Pellaeo **FGIK** lysippe (y *ex* i **I**): lisippe **FR**: lisyppe **Kac** cesaris **SU** 87 Aurata **G**[c]**HIKQac** limine **SU** flexo **H** 88 E explores **R**

Tantum dicat equos quantum distare regentes
Non hoc imbriferas hiemes opus aut iouis ignem
Tergeminum aeolii non agmina carceris horret
Annorumue moras stabit dum terra polusq̦
Dum romana dies hoc et sub nocte silenti
Cum superis terrena placent tua turba relicto
Labetur caelo miscebitq̦ oscula iuxta
Ibit in amplexus natus fr̄q̦ paterq̦
Et soror una locum ceruix dabit omnibus astris
Utere perpetuum populi magniq̦ senatus
Munere pelleae cuperent te scribere cerae
Optassetq̦ nouo similem te ponere templo
Atcicus elei senior iouis et tua mitis
Ora tarans tua sidereas imitancia flammas
Lumina contempto mallet rhodos aspera phoebo
Certus ames terras et quae tibi templa dicamus
Ipse colas nec te caeli iuuet aula tuosq̦
Laetus huic dono uideas dare iura nepotes

---

90 quantum (quā *in ras.* **I**) 91 himbriferas **I**: hymbriferas **H**: nubiferas **R** hyemes **mBSUHQ** opus *om.* **ac** haut **R** 92 eolii **RSUQ** horror **R** 93 Armorumve **SUH** 94 huc $\mathbf{Q}^2$: hac **a** 95 Quum **GHIKU** 96 miscebạit-que **G**: misceturque **SU** obscula **B** (b *exp.* $\mathbf{B}^2$) **U** iusta $\mathbf{KQ}^1$ (iuxta *corr.* $\mathbf{Q}^2$): ịụṣṭạẹ iuxta **I**: iuncta **a** 97 Ibi **S** nọtus (a *superscr.*) **G** frater natusque **H** 99 ~~Vture~~ (utere **G** *mg*) **G** magnum-que **H** (*exp. rubr.*) 100 pellee **U**: peleę **R**: apelleae $\mathbf{G}^2\mathbf{I}^c\mathbf{Q}$: Appelleae **c** cęrę **R**: cere **U**: carę **S**: coenę **a** 101 Optassentque **a** 102 Atticus **mωc**: Actius **a** ebei $\mathbf{RB}^2$: elaei **GIKc**: aelei **Q** 103 tarans (t *superscr.*) **U**: terens $\mathbf{RB}^2$: tịṛans (on *superscr.*) **G**: tonans **HIKQac** sidereas (*alterum* e *add.* $\mathbf{B}^{sim}$): sydereas **RSUQa** imitantia $\mathbf{RB}^2$**GHIKQac**: mutantia $\mathbf{FB}^1$**SU** flamas **H** 104 cotempto **F** phebo **SU**: phębo **H** 105 Cęcus **a** amos **F** que **U**: q̄ **S** 106 celi **U**: coeli **GIK** vivet **R** 107 Letus **SU**: Letius **G** *mg* **K**: Laetius **Iac** hinc $\mathbf{B}^2$**F**: hoc **a** dotio **SU** tura **Qc**

§ 3. DE EXEMPLARI POGGIANO.

omnes codices novicios ad Matritensem redire demonstravimus. sequitur ut inquiramus, quaenam intercedat ratio inter eum et apographon Sangallensis qui dicitur libri a Poggio in Italiam transmissum. atque Matritensem in Italia non scriptum esse ipsae litterarum formae docent. quid? quod codicem a Germano conscriptum esse Loewio ipsi visum est? ac revera ipse Matritensis idem liber est quem Poggius per Brandinum Pisanum ad Franciscum Barbarum misit. una cum Manilio Stati Silvae ab eo inventae sunt: una cum eodem exstant in Matritensi. maximi vero momenti est quod correcturae $\mathbf{M}^2$ ipsius Poggi manu factae sunt. id quod fit perspicue comparatis eis codicibus, quos ab illo conscriptos esse inter omnes constat. cohaesisse quondam quolibet modo libros Matritenses M 31 et X 81 supra monuimus p. IX: X 81 autem continet Asconi Pediani in nonnullas Ciceronis orationes commentarios et Valeri Flacci I 1—IV 317. hos auctores a Poggio paulo ante Manilium, Silium Silvasque repertos esse scimus. subscriptio autem post Val. Flacc. IV 317 in X 81 exstat haec: *C. valeri flacci argonauticon. Hoc fragmentum repertum est in monasterio sancti galli prope constantiam XX milibus passuum una cum parte Q. asconii pediani. deus concedat alteri ut utrumque opus reperiat perfectum. Nos quod potuimus egimus.*

Poggius florentinus.

hic codex ab eodem exaratus est, qui notas $\mathbf{M}^2$ in Matritensi addidit totusque character scribendi quam maxime accedit ad notas interlineares vel marginales codicis Hamiltonensis 166, quem a Poggio ipso transcriptum esse ex Mediceo illo Ciceronis ad Atticum epistularum nemo nescit. notae autem eiusdem manus sunt atque textus ipse. adde quod in X 81 fol. 1—17 nonnulla ex Chronico Sigisberti Gemblacensis sat velociter, ut videtur, exscripta sunt, quem a Poggio in suum usum excerptum esse

constat.[1]) ne vero in eo haeseris quod discrimen est inter Matritensis X 81 et Hamiltonensis 166 scripturam: hunc librum 'bellissima' manu scriptum sicut Laur. plut. 67, 15. quasi venditurus exaraverat: Matritensem veloci manu ut sibi amicisque servaret thesauros modo repertos. atque ipse Poggius se non uno charactere in scribendo usum esse compluribus locis testatur. idem epistola anno 1430 scripta (ep. IV 4) codicem Silvarum a Nicolao Niccoli repetit, quem illi cum aliis libris anno 1418 se mutuum dedisse contendit. sed fusiore haec egent disputatione, quam Krohnius alio loco prolaturus est. ego paucis verbis totam quaestionem adumbrasse, quantum praesens usus poscit, sat habeo. hoc tamen ab omni dubitatione remotum iam esse debet, quin Matritensis illud exemplar Poggianum sit. hinc etiam cognoscitur verum esse, quod nos supra adnotationes **M**[2] non esse petitas ex antiquo quodam codice conclusimus; id quod ex Poggi epistula, unde exordium fecimus, satis dilucide apparet.

at de illo libro Poggiano etiam aliunde constat, nempe ex notis quas Politianus ad Corsinianum editionis principis exemplar adscripsit inter annos 1475 et 1494. iam igitur quaerendum est, quomodo illae consentiant cum Matritensi.

proficiscendum autem est a Politiani testimoniis. atque adnotavit sub finem Silvarum haec:

Incidi in exemplar Statii sylvarum: quod ex Gallia Poggius Gallica scriptum manu: attulerat, A quo videlicet uno[2]) *licet mendoso depravatoque: et (ut arbitror) etiam dimidiato: reliqui omnes codices qui sunt in manibus, emanarunt. Quare cautio mihi fuit: ne quid in corrigendo hoc nostro: ab illo mutarem. Ne nimia (ut*

---

1) *cf.* Poggi epist. VIII 9. Voigt-Lehnerdt, Wiederbelebung des klass. Altertums[3]. 1893. I p. 247.

2) additum supra lineam, nimirum ut molestus sonus evitaretur.

adsolet) diligentia: aut mihi aut ceteris studiosis noceret. Quem si modum tenerent, ceteri librorum emendatores, tenuissentque priores minus multo laboris in hac re quam nunc habemus haberemus. vale, qui legis: et quod sedulo fecimus: quęso Boni consule.

Tuus Angelus Politianus.

alterum testimonium ad versum I 4, 86ᵃ adscriptum est: *hic versus deest ī libro vetustissimo poggii qui e germania in Italiā ē relatus.*

quod videtur esse discrimen inter utrumque locum — altero ex Gallia, altero ex Germania codicem in Italiam transportatum dicit Politianus — iamdudum a Wachsmuthio et Blassio[1]) explicatum est: Helvetia librum oriundum esse ipsa Poggi epistula demonstratur.

notis autem illis (**A**) exemplaris Corsiniani (**a**) plurimi viri operam dederunt. primus de eis verba fecit Handius edit. praef. p. XXI. unde sua hausit Queckius edit. praef. IV. tum Foerstemannus notas inspexit in Imhofii usum, qui centum fere locis manifesta codicis Poggiani vestigia se deprehendisse ait. Nohlius denique qui male Imhofium intellexit (p. 29) collatione earum accuratissima usus est quam Adolphus Kiessling et Ulricus Koehler Hauptio suppeditaverant. cum vero illi propter temporis aestivi iniquitatem librum cuius folia spongia detrita difficillime cognoscuntur, non ea qua fieri posse putabant perspicuitate legisse sibi visi essent, Henricus Kruse iterum illam editionem consuluit, cuius adnotationes Hosius denuo examinavit. horum collationes Krohnio mihique praesto erant. quaedam olim mihi Drerupius amicus enotavit. praeterea Zangemeister totum exemplar Corsinianum depingendum curavit photographice, quibus tabulis Vollmer usus est, qui et ipse collationem suam mihi benevolentissime permisit. atque ut unum praemoneam multo plus Vollmer sibi perspexisse visus est quam qui ante eum illas notas

1) *cf.* Mus. Rhen. XIX (1874) p. 355. XXX (1875) p. 461.

contulerunt. sed vereor ne nimium oculorum acie fretus ex tabulis se elicuisse putaverit. tamen ad criticam factitandam parum interest utrum disertum de codice Poggiano testimonium adscripserit Politianus necne. nam etiam ex eis lectionibus quae indice non ornatae sunt, plurimas ad Poggianum redire admodum mihi probabile est. cavendum autem est, ne pro certis ea venditemus quae Vollmer ex tabulis adnotavit, omissa ab eis, qui ipsum librum inspexerunt. accedit quod ille ubicumque lectioni cuidam tale fere signum additum est ∟, testimonia ex Poggiano proferri sibi persuasit; id quod non certum est.

contulit autem Politianus suum exemplar cum libro Poggiano ita, ut nonnumquam lectionibus adderet 'co pog, ī l^{o} pog, anti$\overset{o}{\text{q}}$ cod, ī ant$\overset{o}{\text{q}}$, ãto' vel sim., quibus notis diserte testatur lectionem pertinere ad librum illum Poggi. contra ubi ex Domitiana editione (**c**) aliquid exscripsit, hic illic usus est nota 'Do'. pauca nota 'c^{e}' vel 'c^{o}' h. e. *corrige* vel *corrigo* adscripta significavit. hoc modo eum suas ipsius coniecturas indicavisse vulgaris opinio est. quae tamen stare non potest. modo enim lectiones cum Domitiana editione congruentes sic significavit velut V 3, 98 'c^{e} tenuare'. II 2, 82 'c^{e} limen vł λειμὼν'. IV 3, 11 et 13 'c^{e} qui', modo lectiones hac nota insignivit, quae quin itidem in libro Poggiano fuerint, non est dubium, cf. I 1, 53 'c^{e} ęde'. III 5, 87 'c^{e} leges'. V 1, 189 'c^{e} Da'. V 4, 19 'c^{e} (levi)ter'. II 2, 36 ad lectionem editionis **a** quae est 'annos', adscripsit: 'c^{e} amnes $\frac{\text{Do}}{\text{pog}}$', si Vollmeri oculis fides est, neque enim 'Do' neque 'pog' agnoscunt, qui ipsum exemplar Corsinianum viderunt. illud tamen concedo adscriptis verbis 'ego c^{o}' — nam nudum 'c^{o}' vix potest discerni a 'c^{e}' — Politianum suas coniecturas notasse, sed vix bis terve hac perspicuitate usus est. plurimis vero notis nihil omnino adpinxit saepissimeque lectiones editionis correxit ne verbo quidem addito, unde de origine quicquam appareret. exoritur igitur quaestio, unde illa petita sint, quae nota careant. quod si certa ratione quis diiu-

dicare velit, primum mea quidem sententia ipsas notas accurate oportet contempletur. nam inter eas sunt quae nisi ex libro manuscripto fluxisse non possunt. velut cum III 2, 135. 136 versuum partes omissas et in **a** et in **c** supplevit Politianus, unde eas putas esse sumptas nisi ex codice? vel ubi lectiones aperte corruptas adnotavit, cur eas adscripsit nisi propterea quod eas invenerat in eo codice quem ducem sequendum esse sibi persuaserat? vel ubi lectiones, quae in **ac** extant, per se probas mutavit, cf. I 2, 22 violis **A**: mollis **ac**. II 1, 150 omnes **A**: omnis **ac** (*idem* III 4, 44). III 5, 59 Circuit **ac**: Circumit **A** al. itaque ubicumque quod ille adnotavit, neque in **a** legitur neque in **c**, accuratius erit inquirendum, potueritne coniectura inveniri ex lectione **ac** an non. tamen ab altera parte restant loci quibus nihil correxit Politianus, ubi quin lectiones **a** discrepantes a suo libro improbaverit non est dubium, velut I 1, 27 captis, 33 superfulgens, 34 contentis, 48 nimiusque, 53 propinquum, 67 servat, I 2, 21 tymbra, 143 vehemẽsque al.

non ea quae nunc desideratur in philologo diligentia Politianum usum esse in libris conferendis apparet etiam ex codicis Laurentiani 29, 32 (**L**) collatione, ubi vel graviora silentio praeteriit. haec adnoto quae a Politiano quamvis secus legatur in **a** atque in **L**, non correcta sunt:

II 7, 9 tae **L**: Letę **a**
20 iste **L**: ista **a**
28 atheras **L**: athenas **a**
34 m&ele b&is **L**: melethe betis (h *del. Politianus*) **a**
36 aquę **L**: atque **a**
38 caliope **L**: calliope **a**
46 elonquente **L**: eloquente **a**
63 Iocunda **L**: Iucunda **a**
79 loquar **L**: loquor **a**
ipse **L**: ipsa **a**
87 pótes///// **L**: postes **a**
112 tenis **L**: tenes **a**

II 7, 117 nocentu **L**: nocentum **a**
126 frequent̃ **L**: frequentat **a**

contra quaedam adnotavit ex **L** omissa littera *Δ*: ter enim in voce 'orpheus' litteram *f* correxit pro eo quod **a** exhibet (cum **M**) *ph*: orfeos legitur in **L** 40 et 99, orfeus 59. tum 'adlocutione' ex **L** fluxit, in **aM** exstat 'allocutione'.[1])

atque hoc si probe tenebimus, ratione ac via opinor procedemus vitato errore et eorum, qui cuncta quae nota carent, ad Poggianum referenda censuerunt, et eorum, qui sola ea quibus disertum de codice Poggiano testimonium est adscriptum, fide digna esse arbitrantur.

quae cum ita sint, antequam ad quaestionem sat implicatam solvendam accedamus, eas lectiones una cum Matritensis et editionum **ac** scriptura proponere e re videtur, quas ex codice Poggiano promptas esse Politianus diserte testatus est (**A***)

I 2, 44: Sedisses **A*M**: Dixisses **a**: Venisses **c**
84: fodi **A*M**: facti **a**: fixi **c**
147: viridis **A*Ma**: nitidis **c**
203: nitidę **A***: mtiade **M**: mie **a**: tumidae **c**
I 3, 63: demet **A*M**: damnet **a**: demit **c**
84: Lucrinę **A***: -ae **M**: lacinięque **ac**

---

1) ceterum Laurentiani collationem videtur Politianus post Poggiani adscripsisse; certissime autem cognoscitur eam non ante notas ex Poggiano codice petitas in exemplari **a** fuisse. nam II 7, 134 deleta voce 'fessus' quae exstat in **a** eademque in **c** in margine haec adnotavit 'festus ī ãtiq° festus *Δ*'. nec non adnotatio ad v. 55 facta videtur suadere ut **L** post Poggianum adhibitum esse statuamus. 'Laudes' enim quod legitur in **a** suprascripto 'a' super 'e' videtur esse effectum 'laudas', id quod hodie in **M** exstat post correctorem **m**. margini sinistrae adscriptum est: 'Do ludes', dextrae 'ludes *Δ*': si Laurentianum statim habuisset in promptu, 'non eum lectionem genuinam 'ludes' Domitii prius auctoritate defensurum fuisse putaverim. accedit quod adhuc vivente Domitio adnotationes ad 'domestici codicis' marginem se adscripsisse ipse Politianus auctor est (epist. VI 1). quem domesticum codicem esse ipsum exemplar Corsinianum Vollmer mihi persuasit.

I 4, 23: Quis **A*Ma**: Qui **c**
numine **A*M**: carmine **ac**
60: precidem **A***(?)**Ma**: pridem **c**
66: phebeiam **A***(?)**M**: plebeiam **ac**
86[a]: *om.* **A*** *habent hunc versum* **Mac**
88: lacera **A***: laeta ('et' *ligatura coniunctum*) **M**: latea **a**: laeta **c**
90: veldae **A***: vel det **Ma**: Veledę **c**
I 6, 10: Iam velaria linea **A***: Iam vellaria linea **M**: Iam velaria borea **a**: Iam bellaria adorea **c**
20: pregnãtes **A***: Praegnates **M**: Praegrandes **ac**
II praef. 29: consuleremus **A***(?)**M**: consideramus **a**: consyderaremus **c**
II 1, 72: turbo **A*M**: turba **ac**
88: Elegisse **A***: Flegisse **M**: Et flevisse **a**: At legisse **c**
218: init **A*M**: habent **ac**
229: Glaucia insontes **A*M**: Glaucias insontes **a**: Glaucia nam insontes **c**
II 2, 82: liman (*sive* -au) **A***: limau **M**: limen **ac**: limon *Domitius in commentario*
116: hinc **A*Ma**: huc **c**
II 3, 3: vadis **A*M**: in nodos **ac**
10: et **A*** (*ut videtur*): et **M**[1] (hęc): haec **m** *mg*: et **a**: haec **c**
55: umbris *mg.* humeris **A*M** (*sed* umeris): umbris **ac**
II 4, 15: convicia **A*M**: convivia **ac**
II 6, 3: accedere **A*** (cc *incerta*) **M**: accendere **ac**
48: pudor unde (undạe **M**) **A*M**: puer inde **a**: pudor inde **c**
58: causas **A*M**: creas **a**: casus **c**
104: habiture **A*M**: habitare **a**: habitūque **c**
105: amori **A*M**: amorem **a**: amari **c**
II 7, 134: festus **A*M**: fessus **ac**
III praef. 14: metium **A***: mecium **M**: Novium **ac**
III 1, 86: coitus **A*M**: cetus **ac**
144: puniceis **A*Mc**: pumiceis **a**

III 2, 56: sevus et **A***: Saevus e **M**: Serius e **ac**[1])
124: numine **A*M**: munere **ac**
III 3, 18: implicitor **A*M**: implicitos **ac**
32: aoniasque **A*M**: aut animasque **a**: ęternasque **c**
114: Vultibus et sibimet similis **A*M**: Vultibus et sibimet **a**: Vultibus et similis **c**
III 4, 70: corpeus **A*M**: torpens **ac**
81: crinis **A*M**: victor **a**: vertex **c** *mutato verborum ordine*
84: Paucia **A***: faucia **M**: saucia **ac**
III 5, 57: intracia **A*M**: intrantia **a**: trachinia **c**
IV praef. 8: se quam quod quarta **A*M**: sequitur quarta quae **ac**
IV 1, 23: aris *mg* astris **A*M**: aris **ac**
IV 2, 27: *lacuna fuit in* **A***, *quae est et in* **M** *et in* **a**: et **c**
IV 3, 81: sed grates ago servitusque tanti est **A*** (*sed videtur dubius haesisse in voce* servitus *Politianus, pro qua antea* strictus *scripserat*): sed grates ago struitusque tanti est **M**: S. g. a. strictiusque (strictus atque **c**) tanti est **ac**
106: *ad* primę carbasa ventilantis aurae *adscripsit Politianus* sic h̃t ãtiqus codex: Primae carbasa ventilatis (*super* a˜ *et scripsit et delevit* **M**²) aurae **M**: Primae carbasa ventilantur aura **c**
159: Sandes ⟨**A***⟩**M**: Scandes **ac**[2])
abnuesque **A*M**: obviusque **a**: obviosque **c**
IV 5, 17: lavant **A*M**: balant **ac**
43: *lacunam testatur Politianus in* **A***, *quae exstat in* **Ma**: raro **c**

---

1) verbis textus: 'Serius e puppi' suprascripsit Politianus 'sevus et in 1° pog'. unde non satis patet quid in A fuerit, sed videtur fuisse 'Sevus et puppi'.

2) quod Politianus ex Poggi codice adscripserat, partim deletum est; restant tantum haec fragmenta : '-ſṭ ị̃ cod ãtiq° ſ////////ẹṣ cᵉ pandes (punctis infra lineam positis incertas esse litteras indicavi)', unde conicias non fuisse 'Scandes' in antiquo.

IV 6, 35: artus **A*M**: actos **a**: arcus **c**
52: taleę **A***: taleae **M**: tilię **a**: elee **c**
87: Ornabat **A*M**: Coenabit **a**: Coenabat **c**
V praef. 17: invenisse **A*M**: intervenisse **ac**
V 1, 82: rotage **A***: rotagae **M**: rogate a: togaeque **c**
V 2, 48: nemea **A*Mc**: vectita **a**
137: coniuge **A*Ma**: gurgite **c**
153: vallumque subibis (*alterum* b *ex* ll **M**[1]) **A*M**: illumque sub illis **a**: veniamque sub illis **c**
V 3, 105: crinemque **A*M**: cineremque **ac**
180: probatur **A*M**: probare **ac**
181: monstrastis **A***(?): Monstrastis **M**: Monstratis **ac**
209: luotaque (*litterae primae incerta manu videntur esse scriptae*) **A***: biotaque (*sed ita ut* luotaque *facile possit legi*) **M**: luctataque **a**: lustrataque **c**
219: Quam uuıs **A*M**: Quamvis **a**: Qualis et **c**
240: siiungere **A*M**: subiungere **a**: seiungere **c**
263: vovit **A*M**: novit **ac**
V 5, 8: lacescis **A***: lacestis **M**: lacertis **a**: lacessit **c**
14: crimina **A*M**: carmina **ac**
24 sq.: *lacunas in* **A*** *easdem fuisse quae in* **M** *exstant, testatur Politianus.* **c** *lacunas explevit*
31: nec eburno **A*M**: ignavo **ac**
38: quotiens **A*M**: totiens **ac**
53: si **A*M**: mihi **a**: sic **c**
58: rependis **A*Ma**: rependit **c**
76. 77. 84: *lacunae fuere in* **A*** *quae et in* **M**. **c** *versus supplevit.*

quos locos si cum Domitii editione comparaveris, facile apparebit, quid potissimum Politianus in eligendis testimoniis spectaverit: omnes notae faciunt contra Domitium exceptis duobus III 1, 144 'puniceis', ubi certe Politianus lectionem edit. princ. probavit, et V 2, 48 ubi lectionem 'nemea' a versu abhorrentem emendavit. itaque ne his quidem locis Domitio videtur assensus esse.

locos octoginta unum ex codice Poggiano haustos

certo disertoque Politiani testimonio constat. accedit IV 9,47 quem (epist. VI 1) 'domi suae' h. e. in exemplari suo domestico sic esse scriptum enarrat Politianus: 'nil mutas sed idem mihi remittas.'[1]) praeter hos octoginta duos locos multa ex codice Poggiano petita esse licet nulla nota addita mihi persuasum est. nam et exstant notae quae nisi ex libro quodam hausta esse non possunt, veluti ubi lacunas hiantes et in **a** et in **c** Politianus explevit cuius rei iam supra exemplum attuli. praeterea cum id potissimum Politianus egisse videatur, ut Domitium corrigeret, ubicumque contra **ac** faciunt notae, eum exemplar Poggianum consuluisse coniciendum est, licet uno vel altero et ipse Politianus verum videre potuerit. quos locos iam congestos propono:

*I *praef.* 4: PROHOEMIVM AD STELLAM **a**: *om.* **c**: Statius Stellę (STELLAE **M**) suo salutem **AM**[2])
*35: Gallico valenti **ac**: gallico est valenti **AM**
I 1, 87: Aurata **ac**: Mirata **AM**
91: opus *om.* **ac**: *add.* **A**: *habet* **M**
107: Lętius **ac**: Lętus **AM**
*I 2 *tit.*: Epithalamion in Stellā Poetā & Violentillā Stellę cōiugem **a**: EPITHALAMION STELLAE ET VIOLANTHILLAE **c**: Epithalamium in stellam et violētillā **A**: EPITHALAMION IN STELLAM ET VIOLENTILLAM **M**
I 2, 22: mollis **ac**: violis **AM**
60: repserunt deprehenso **a**: r. deprenso **c**: *litteris* b *et* a *suprascriptis genuinum ordinem restituit* **A**; *eundem exhibet* **M**
63: profatus **ac**: profatur **AM**
*80: inermi **ac**: inerti **AM**
*89: Praelusi **ac**: Praeluxi **AM**

---

1) vel hinc cognoscitur Politianum non omnia quae discrepabant inter **a** et **A** enotavisse.

2) ubi Vollmer testimonium de codice Poggiano vidit, asteriscum praeposui notae.

I 2, 103: Dempserat in **a**: Dixerat et **c**: Finis erat **Am**: Emis erat **M**[1]
105: vultu **ac**: vultum **AM**
135: Falsus **ac**: Falsus **AM** *Priscianus*
144: vas **a**: tam **c**: iam **AM**
180: doctasque & **a**: Dacas quę est **c**: Dacasque que et **A**[1]): dacasque et **M**
225: ingressa **a**: ingere **c**: iniere **AM**
I 3, 71: archana **a**: arcana **c**: arcano **Am**: artano **M**[1]
I 4 *tit.*: Rutillio Gallico **a**: SOTERIA PRO RUTILIO GALLICO **c**: SOTERIA RUTILII (RUTULI **M**) GALLICI **AM**
I 4, 11: togatae **ac**: rogatae **AM**
52: cunctate **ac**: cunctante **AM**
*58: pigrae **ac**: pigra **AM**
76: ingens **ac**: vigens **AM**
99: quidcumque **a**: quocumque **c**: quodcumque **AM**
102: Dicteam in **a**: Dictami **c**: Dictamni **AM**
I 5 *tit.*: Claudii Etrusci balneum **a**: BALNEVM ETRVSCI **c**: Balneum Claudii Etrusci **AM**
I 5, 15: liquidos **ac**: liquidosque **AM**
I 6 *tit.*: Decembris kalendę **a**, *quod* b a *suprascriptis transponendum indicat* **A**: KAL.DECEMBRES SATVRNALES **c**: KALENDAE · DECEMBRES **M**
I 6, 12: Quicquid **ac**: Quitquid **A**(?)**M**
15: quod **a**: quas **c**: quo **AM**
pręcoquit **ac**: percoquit **AM**
67: hemi **ac**: emi **AM**
73: senica **ac**: scenica **AM**
II *praef. tit.*: Statius Meliori suo sal. (salutem **M**) **AM**: *om.* **ac**
27: puero amisso **ac**: amisso puero **AM**
28: libenter *om.* **ac**: *add.* **A**: *habet* **M**
*II 1 *tit.*: Epicedium Glaucię Melioris **a**: EPICEDION IN GLAVCIAM MELIORIS **c**: Glaucias Atedii Melioris dedicatus (DELICATVS **M**) **AM**

1) hoc loco calamo *videtur* erravisse Politianus 'que' bis posito.

II 1, 78: querere **acM**: quererere **Am**
145: esset **ac**: flesset **AM**
150: omnis **ac**: omnes **AM**
164: exutus **ac**: exosus **AM**
182: Recisum **a**: Precisum **c**: Rescissum **AM**
*191: blesi **ac**: blessi **AM**
201: blesi **a**: blaesi **c**: blessi **AM**
220: geminus **ac**: gemimus **AM**
226: sonent **ac**: sonet **AM**
II 2 *tit.*: Villa Surrentina **a**: SVRRENTINVM POLLII **c**: Villa Surrentina Pollii felicis **AM**
II 2, 40: in versa **a**: in mersa **c**: immensa **AM**
53: mansuescit **ac**: mansuevit **AM**
112: tibi **ac**: ubi **AM**
134: chias **a**: tuas **c**: duas **AM**
*140: blandamque **ac**: placidamque **AM**
II 3, 14: iam **ac**: ibi **AM**
23: terrae **ac**: cervę **AM**
51: Et . . et . . et **ac**: Ut . . . ut (?) . . ut **AM**
55: servatur **a**: sinuatur **c**: scrutatur **A**(?)**M**
77: blesi **a**: Blęsi **c**: blessi **AM**
II 4 *tit.*: Psitacus Atedii Melioris **a**: PSITACVS MELIORIS **c**: Psitacus (PSITTACVS **M**) eiusdem **AM**
II 4, 10: nec **ac**: non **AM**
36: fusus **ac**: fessus **AM**
II 5, 16: At **ac**: Ac **AM**
II 6 *tit.*: AD VRsum iuvenem amicissimum **a**: EPICEDION PILETI VRSI **c**: . . . . olatio[1]) ad flavium ursum **A**: CONSOLATIO AD FLAVIVM · VRSVM DE AMISSIONE PVERI DELICATI **M**
II 6, 6: et **ac**: at **AM**
10: et se **a**: usque **c**: urse **Am**: ut se **M**[1]
34: e **a**: heu **c**: en **AM**

1) initium vocabuli cum margine recisa periit.

II 6, 62: Ructasset **ac**: Ructassent **AM**
71: tendebat **ac**: tentabat **A**: temptabat **M**
82: clamanti **a**: clamante **c**: clamate **AM**
98: carpsitque **ac**: carpitque **AM**
II 7, 55: Laudes **aM**[1]: Ludes **cLΔ**: Laudas **mA**(?)
112: helisiis **ac**: -s *del.* **A**: helysii **M**
III *praef. tit.*: Statius Pollio sua salutem **AM**: *om.* **ac**
6: probandam diu **ac**: diu probandam **AM**
9: expaveri **a**: expaveas **c**: expaveris **AM**
10: penetrasti **ac**: penetrali **AM**
11: omnes **ac**: omnis **AM**
33: Vale **AM**: *om.* **ac**
III 1 *tit.*: Hercules Surrentinus **a**: *idem mai. litt.* **c**: Hercules Surrentinus po/////// f//////////s[1]) **A**: HERCVLES SVRRENTINVS · POLLII | FELICIS **M**
III 1, 13: Aspersum **ac**: Ad sparsum **AM**
16: Dictavit **a**: Ductavit **c**: Ditavit **Am**: Ditasit **M**[1]
18: angusto bisseni **ac**: angusti bisseno **AM**
*58: tergit **ac**: terget **AM**
*60: hecateias **ac**: d *ins. inter* i *et* a **A**: echateidas **M**
69: gravati **a**: gravamus **c**: gravatis **AM**
72: et **ac**: ac **AM**
74: illiaco **ac**: iliaco **AM**
99: ubi **a**: ibi **c**: tibi **AM**
103: penatis **ac**: penates **AM**
105: lumina **ac**: limina **AM**
120: invida **a**: uvida **c**: humida **Am**: umida **M**
137: victae **ac**: iunctae **AM**
145: viventibus **ac**: humentibus **Am**: umentibus **M**
157: nudare **ac**: nodare **AM**
158: Indulgere **a**: Indulge his **c**: Indulge **AM**
III 2 *tit.*: Pro Novio Celere Iuvene Amicissimo **a**: PROPEMPTICON METLI CELERIS **c**: Propempticon Mecio (c *an* t *incertum* **A**) celeri **AM**

---

1) haec admodum dubia sunt.

III 2, 3: avertite **ac**: advertite **A**: advertice **M**
37: quotiens patriis **ac**: patriis quotiens **AM**
51: unde **a**: inde **c**: ecce **AM**
85[1]): torva **ac**: torsa **AM**
87: gerit **ac**: gerat **AM**
101: quondam **ac**: olim **AM**
114: prosternat **ac**: praesternat **AM**
120: cathenas **ac**: catenas **AM**
123: hic **ac**: his **AM**
129: Hac **a**: Hoc **c**: At **A**: Ac **M**
135/136: *complevit* **A**; *in* **ac** *idem exstat quod in* γ
137: zirna **a**: Zeugma **c**: zeuma **AM**
141: sudant **ac**: sudent **AM**
143: claudit **a**: claudet **c**: claudat **AM**
III 3, 3: Hunc **c**: Nunc **c**: Huc **AM**
comas **ac**: comam **AM**
13: Diique **ac**: Dique **AM**
46: neque **ac**: nec **AM**
66: tymbreia **a**: tibereia **c**: tybereia **A**: thybereia **M**
76: arcus **ac**: artus **AM**
87: omnes **ac**: omnis **AM**
95: unique **ac**: uni **AM**
109: et **ac**: ac **AM**
112: aut (haut **c**) umquam **ac**: haud quaquam **AM**
122: manusque **ac**: manuque **AM**
129: Rubentesque **ac**: Pubentesque **AM**
193: phryga **ac**: styga **AM**
*194: at **a**: ah **c**: hoc **AM**
200: dulcia **ac**: lucida **AM**
*214: atque **ac**: eque **AM**
215: meritis **ac**: meritus **AM**
*III 4 *tit*: Iearinus Germanici nostri libertus **a**: COMA EARINI **c**: Capilli flavi earini (IERINI **M**) **AM**

---

1) fortasse hic enumerandus est etiam v. 81 Quasque **a**: Quęque **c**: Quaque **M**. videtur enim Politianus litteram -s- delevisse *in* **a** Domitiique lectionem addito ı suprascripsisse.

III 4, 8: Intonsosque **ac**: Intonsoque **AM**
11: Premeret **a**: Proferet **c**: Praemetet **AM**
44: omnes **ac**: omnis **AM**
68: molire **ac**: mollire **AM**
70: haut **ac**: haud **AM**
83: repetebat **a**: petebat **c**: pectebat **AM**
84: cedat **ac**: cedet **AM**
91: geminisque **ac**: gemmisque **AM**
III 5, 5: haec **ac**: hoc **AM**
21: haud penetrabile **ac**: inpenetrabile **A**: ut p. **M**
32: dolorem **a**: dolebas **c**: doleres **AM**
43: optatosque **ac**: optandosque **AM**
46: illiacas **a** (ilicitas **c**): -os **AM**
50: fictamque **a**: firmamque **c**: victamque **AM**
53: ingentis **ac**: ingentes **AM**
54: notae **a**: reatae **c**: natae **AM**
59: Circuit **ac**: Circumit **AM**
*66: Gaudia **ac**: Candida **AM**
68: pudebat **ac**: pudebit **AM**
72: vesuinus **ac**: vesuvinus **AM**
77: cupis **a**: capis **c**: capys **AM**
87: solo **ac**: foro **AM**
stricte iurgia **a**: scita lycurgia **c**: strictae in iurgia **AM**
95: circum **ac**: circa **AM**
111: Perveniesque **ac**: Prȩveniesque **AM**
praef. tit.: AD MARCELLVM **c**: *om.* **a**: Statius Marcello suo salutem **AM**
7: inveni **a**: inveniri **c**: meum **AM**
21: de *om.* **ac**: *add.* **A**: *habet* **M**
22: iunium **ac**: vivium **AM**^{2}*mg.*
38: socco **a**: iocos **c**: ioco **AM**
45: Vale **AM**: *om.* **ac**
IV 1 *tit.*: Germanici Consulatus **a**: XVII. CONSVLATVS IMP. **c**: Septimus Decimus consulatus imp. aug. Germanici **AM**
IV 1, 24: *mihi* **ac**: *tibi* **AM**

IV 1, *29: fasces **ac**: fastos **AM**
38: revocabitur **ac**: renovabitur **AM**
40: Restant **ac**: Restat **AM**
*45: fores **ac**: dei **AM**
IV 2 *tit.*: de Convivio habito per Domitianum **a**: EPVLVM DOMITIANI EVCHARISTICON **c**: Eucharisticon ad Imp̄. Aug̃. Germ̃. Domitianum **A** *itemque fere* **M**
IV 2, 9: laurus **ac**: lauros **AM**
*15: et te spes et te **ac**: te spes hominum te **AM**
20: super **ac**: stupet **AM**
25: Aethereos **a**: Aethereos et **c**: Aetheros et **AM**
30: super **ac**: supra **AM**
34: laborant **ac**: laborat **AM**
51: aclinare **ac**: acclinare *vel* adclinare **A**: adclinare **M**
67: induat **a**: induit **c**: induet **AM**
IV 3, 20: sęvis **a**: ceno **c**: senis **A** (*sic vel* sevis) **M**
53: topho **ac**: tofo **AM**
71: Paucis **a**: Pandis **c**: Raucis **AM**
74: In ripis **ac**: Et ripas **A**: It ripas **M**
82: iam **ac**: te **AM**
89: obruit **a**: obruat **c**: obluat **AM**
*114: imo **ac**: uno **AM**
119: cheli **ac**: chely **AM**
136: flammiferos **ac**: flammigeros **AM**
150: odisse **a**: obisse **c**: adisse **AM**
IV 4 *tit.*: Ad Marcellum **ac**: Epła ad Victorium Marcellum **A**: EPISTOLA · AD · VICTORIVM · MARCILLVM **M**
IV 4, 43: indicis **a**: iudiciis **c**: iudicis **AM**
51: et **AM**: *om.* **ac**
55: acanto **a**: accanto **c**: adcanto **AM**
67: paras **ac**: pares **AM**
73: Noscit **ac**: Poscit **AM**
98: assueta **ac**: an sueta **AM**
IV 5 *tit.*: carmen lyricum ad Septimium Severum **a**:

LYRICVM AD SEP. SEVERVM **c**: ode lyrica ad Septimium Sev...[1]) **A**: ODE LYRICA AD SEPTIMIVM SEVERVM **M**

IV 6 *tit.*: Hercules Epitrapezion Vindicis **a**: HERCVLES VINDICIS EPITRAPEZIOS **c**: Hercules Epitrapezios novii (NOVI **M**): Vindicis **AM**

IV 6, 6: e **ac**: a **AM**

20: ubi **ac**: ibi **AM**

28: iussum est **ac**: est *del.* **A**, *non agnoscit* **M**

41: hoc **ac**: haec **AM**

57: et haec **a**: adhuc **c**: at haec **AM**

58: occultum **ac**: et cultum **AM**

65: victor semper **ac**: semper victor **AM**

81: ipse **a**: isse **c**: ire **AM**

83: tonantis **ac**: sagunti **A**: sgunti **M**

97: Alcides **ac**: Alcide **AM**

102: et **ac**: te **AM**

105: (scithiae)ve **ac**: -que **AM**

IV 7 *tit.*: Ode lirica ad Maximum Iunium **a**: LYRICVM AD MAX: IV· **c**: . . de[2]) l////////// ad vivium maximum **A**: ODE·LYRICA·AD·VIVIVM·MAXIMVM **M**

IV 7, 1: saciata **ac**: sociata **AM**

47: aulae **ac**: alae **AM**

55: troiani **a**: torani **c**: timavi **AM**

IV 8 *tit.*: Iulio Menecrati Congratulatio **a**: AD IVLIVM MENECRATEM OB PROLEM **c**: Gratulatio (GLA- **M**) ad Iulium menecratẽ (-TEN **M**) **AM**

IV 8, 10: quam **ac**: quem **AM**

*19: lauros **ac**: lauro **AM**

58: monstrat **ac**: monstret **AM**

62: Nomina **a**: Limina **c**: Numina **AM**

IV 9 *tit.*: Plotio Grippo **a**: RISVS SATVRNALICIVS AD PLOTIVM **c**: Endecasyllabi iocosi ad plocium grippum (PLOTIV̄·GRYPVM **M**) **AM**

---

1) finis vocis una cum margine periit.
2) initialis littera cum margine recisa abiit.

IV 9, 17: sequentis **ac**: sequenti **AM**
24: pilea **ac**: pillea **AM**
25: mantilia **ac**: mantelia **AM**
36: oxyferumve **a**: oxiporumve **c**: oxyforumve **AM**
37: positis **a**: psytiis **c**: psithiis **AM**
47[1]): mitis **a**: mittis **c**: mutas **AM** nihil **ac**: mihi **AM**
V *praef. tit.*: Statius abascanto suo ////////////// **A** (*cf.* **M**): *om.* **ac**
8: merito **ac**: marito **AM**
V 1 *tit.*: De Priscilla uxore castissima **a**: ABASCANTII IN PRISCILLAM PIETAS **c**: Epicedion in priscillam uxorem **AM**
V 1, 32: etiam nunc **ac**: etiamnum haec **AM**
35: exsiccata **ac**: exsaciata **AM**
37: iste **ac**: ista **AM**
45: nuptumque **ac**: nuptuque **AM**
51: pulchro **ac**: pulchrę **AM**
60: babylonis a: babilonis **c**: babylonos **AM**
66: natasset **a**: vocasset **c**: vatasset **AM**
91: et e **ac**: et **AM**
102: ex celsis **a**: e celsis **c**: excelsis **AM**
111: pectora **ac**: pectore **AM**
117: Non **ac**: Nec **AM**
137: cum sanguinitate **ac**: consanguinitate **AM**
141: perturbat **ac**: proturbet **AM**
146: ius **ac**: vis **AM**
147: iumenta **ac**: vincta **AM**
161: nequicquam **ac**: nequiquam **AM**
166: $\overset{u}{\text{q}}$ te **ac**: quantae **AM**
176: unanimem **ac**: unanimum **AM**
179: nec **ac**: ne **AM**
183: omni iam pridem in **a**: omni te pridem in **c**: omni pridem te **AM**
193: ad **ac**: in **AM**
198: penatis **ac**: penates **AM**
205: recte **ac**: ^{e}recte **AM**

---

1) cf. supra p. LVIII

V 1, 224: annos **a**: omnes **c**: amnis **AM**
230: Siccatam **ac**: Siccatum **AM**
233: loco **a**: tholo **c**: tolo **AM**
236: cum **ac**: tunc **AM**
258: ubi **ac**: ibi **AM**
V 2 *tit.*: De Crispino **a**: PROTREPTICON AD CRISPINVM **c**: Laudes Crispini Vectii (*vel* -ttii **A**: VETTI **M**) Bolani filii **AM**
7: oculis **ac**: oculos **AM**
queat **ac**: querar **AM**
18: trabeęque et **a**: trabe &: trabeque ac **AM**
27: dare **a**: care **c**: clare **AM**
te **ac**: sibi **AM**
39: Frontibus **ac**: Fraudibus **AM**
43: Mentiri **a**: Metari **c**: Metiri **AM**
56: Intravit **ac**: Intrarit **AM**
80: omnes **ac**: omnis **AM**
81: iubet **a**: iussat **c**: libet **AM**
110: tenebat **ac**: timebat **AM**
115: Pendentem **ac**: Tendentem **AM**
116: minantem **ac**: minacem **AM**
121: aut **a**: haut **c**: haud **AM**
129: Flectet **ac**: Flectere **AM**
quatit **a**: quatet **c**: quatere **AM**
136: iam **ac**: an **AM**
149: tributa **a**: vibrata **c**: thoraca **AM**
179: tortique **a**: torvique **c**: torvaque **AM**
V 3 *tit.*: Epicedion in patrem suum **AM**; suum *om.* **ac**
V 3, 9: trepidumque **ac**: trepidamque **AM**
23: doctique **ac**: notique **AM**
46: quas **ac**: quam **AM**
64: ęquaeva **a**: et saeva **c**: et ahena **A**: et aena **M**
78: et **ac**: at **AM**
92: dolor **a**: honor **c**: labor **AM**
129: et **ac**: at **AM**
142: germina **a**: germine **c**: gramine **AM**
237: surgebant **a**: urgebant **c**: urgebat **A**: urguebat **M**

V 3, 251: Index **ac**: Iudex **AM**
275: sit **ac**: sic **AM**
281: cadent **a**: cedant **c**: celent **A**: caelent **M**
V 4 *tit.*: Ad Somnum **ac**: Somnus **AM**
8: recusent **a**: revisunt **c**: revisent **AM**
V 5 *tit.*: Ad Musas **a**: EPICEDION IN FILIVM **c**: Epicedion in puerum suum **AM**
73: artus **a**: arctus **c**: ortus **AM**
75: penetraverit **a**: properaverat **c**: properaverit **AM**
87: e **ac**: a **AM**.

quibus locis tres addo ubi lectioni suae 'c^{e}' adscripsit Politianus, quos tamen ex codice Poggiano sumptos esse probabile est:

V 1, 189: De **ac**: Da **AM**
V 3, 24: tibi **ac**: tu **AM**
V 5, 19: levior **ac**: leviter **AM**

ex his igitur locis fere trecentis multae nisi ex codice notae promptae esse non possunt, plerarumque de origine admodum probabilis coniectura est, paucis locis et de suo potuit haurire Politianus genuinam lectionem.[1])

quod Lundstroemius (quaestiones Papinianae. Upsaliae 1893 p. 1 sq.) demonstrare studuit omnes correcturas quae nota carent, ex Poggiano haustas esse non recta via videtur esse progressus. damnavere igitur viri docti quod ille assecutus erat, cf. Skutschium, Berl. philol. Woch. 1894 p. 1514 et Jahrb. f. Philol. CXLVII (1893) p. 469 sq. tamen cum idem fere ego docuerim sed alia et ea certiore ratione usus, pauca adnoto. profectus autem est Lundstroemius a collatione Politiani ad Columellam confecta anno 1493. subscripsit enim Parisino Columellae exemplari[2]): *contuli hos Columellę libros ego Angelus Politianus cum duobus exemplaribus altero quidem vetustissimo, langobardis exarato litteris, ex privata Medicę gentis biblio-*

---

1) in universum de Politiani notis recte iudicavit Skutschius.
2) cf. Häussner, die handschriftliche Überlieferung des L. Iunius Moderatus Columella. progr. Caroliruh. 1889 p. 10.

theca cuius nota est · **a** · *altero Nicolao Nicoli manu descripto ex vetusto item codice ex publica eiusdem familie libraria. Servavi autem vetus institutum meum, ut etiam que falsa putarem, non respuerem. Adiutoribus Nicolao Baldello et Roberto Minutio ac Lactantio Politiano familiaribus meis. III. Id. Februarias ipso bacchanaliorum die 1493. florentiae, anno horribili, transituris in Italiam Gallis.*' haec quidem Politianus anno antequam moreretur scripsit. cognoscimus autem optimum fuisse quod sibi praecepit. quod quomodo tenuerit, hic nihil ad rem. ex verbis '*servavi .. vetus institutum meum*' Lundstroemius Politianum semper eadem praecepta sibi proposuisse conclusit. quod quam falsum esset, ipse poterat cognoscere ex eiusdem collatione ad Catonem Varronemque facta[1]) cui subscripsit haec: *Contuli ego Ang. Politianus Catonis hos ac Varronis rerum rusticarum libellos: cum vetustissimo codice: ex Divi Marci, Florentina bibliotheca: sic ut ne ea quidem non ascriberem si qua depravatiora*[2]) *viderentur. hoc enim nobis emendandi novos codices institutum placuit: ne quid ex nostro temere adiceremus, neu quid omitteremus, quod in antiquioribus exemplaribus invenissemus. Quodsi hoc priores librarii institutum probassent, non tantum profecto negotii laborisque posteris reliquissent. Sicubi ergo nostrum adhibuimus iudicium, relictis tamen antiquae lectionis vestigiis aliquibus: suum cuique liberum reliquimus. Vale lector: et meum hunc laborem Boni Consule. Florentiae In divi Pauli ipso bacchanaliorum Die. MCCCCLXXXII: Anno altero scilicet nostrae publicae professionis etc.* iam primo obtutu apparet, quo sit collocanda Silvarum collatio. proxime earum subscriptionis verba absunt a subscriptione Catoniana. quae coniectura eo egregie firmatur quod anno 1481 publice interpretatus est Politianus Stati Silvas et vivente adhuc Domitio —

---

1) cf. M. Porci Catonis de agricultura liber. M. Terenti Varronis rerum rusticarum libri tres ex rec. H. Keil vol. I. p. V.

2) non negat Politianus leviuscula menda se tacite correxisse, id quod *supra* de Stati collatione statuimus.

qui obiit a. 1478 — marginibus domestici codicis adnotationes se adscripsisse testatur epist. VI 1, ubi Vollmer suo iure concludit, ipsum exemplar Corsinianum significari.

summa igitur adfinitate conexos esse libros Poggianum et Matritensem ex his tabulis dilucide perspicitur. licebit ergo etiam eis locis ex adnotatione Politiani Poggiani codicis lectionem coniectura indagari quibus **A** et **M** non congruunt. paucis exemplis rem inlustro: I 1, 10 'ida' legitur in **ac** per se probum, tamen Politianus 'ide' correxit, unde in Poggiano vel hoc vel 'iden' fuisse conicias, quae est lectio codicis **M**. similiter Politianus III 5, 21 in emendandis poetae verbis non ex **ac** (haud penetrabile) profectus est, sed 'inpenetrabile' correxit: vel hoc vel 'ut penetrabile' fuit in Poggiano. conicere autem licet Politianum res minutiores tacite correxisse, cum dixerit cautionem sibi fuisse ne quid ab illo (nempe codice Poggiano) mutaret. quae verba sic interpretor eum mutationem facere non noluisse, sed emendationem petiisse ex libri sui lectione. sed talia utpote minus certa iam linquamus. sufficiunt illi quos attuli loci ut claram imaginem Poggiani libri nobis proponamus.

cum Matritensem exemplar Poggianum fuisse demonstraverimus eodemque nomine Politianus librum suum nuncupaverit, poterit aliquis contendere eundem esse librum Matritensem ac Poggianum. id quod speciosi aliquid habet, sed ferri nequit. discrepant enim haud uno loco inter se **A** et **M**. ex quibus graviora tantum hoc loco tractanda censeo:

I 2, 203 'nitidae' potest esse emendatio Politiani nisa in lectione **M**: 'mtiade'. item potest statui I 4 *tit.* Rutilii **A**: Rutuli **M**, I 6, 20 pregnãtes **A***: Praegnates **M**, II 1, 88 Elegisse **A***: Flegisse **M**, IV 3, 81 servitusque **A***: struitusque **M**, IV 3, 74 Et **A**: It **M**. paucis locis licebit de Politiani errore cogitare, veluti cum II 1 *tit.* scripserit: 'dedicatus' pro 'delicatus' cf. etiam I 2, 180. nonnumquam re vera id quod Politianus Poggiano tribuit, in **M** potest legi; e. g. V 3, 209 ubi 'biotaque' exhibet **M** 'luotaque' Souter legit. I 4, 88 in voce 'laeta' compendio con-

iunctae sunt litterae *e* et *t*, ita ut vel Loewius videatur legisse 'lacera', quae vulgata lectio fuit. III 4, 84 in codicis **M** lectione 'faucia' littera *f* sic fere scripta est uti Politianus litteram *P* scribere solebat. alia alia ratione explicantur. I 6, 10 'velaria' testatus est Politianus; sed potuit lectione editionis principis induci ut scriberet illud pro 'vellaria'.

restat ut eos locos contemplemur quibus Politianus spreta ea lectione quam in suo codice repperisse eum probabile est, coniecturam de suo edidisse videtur. atque hic omittere licet eos locos quibus c^e vel c^o adposuit: nam eis coniectura Politianum usum esse per se veri simile est, ubi rationes ex ipsa re petitae non obstant. item abicio quae postea vel ab ipso Politiano addita sunt vel ab alio quodam. nam legi in Corsiniano exemplari notas etiam praeter Politiani qui librum ipsum viderunt, diserte testantur viri docti. de I 1, 10 iam verba feci, item de III 5, 21. restant praeter notas ex Domitii editione petitas hae:

I 1, 54: mutabit **A**: mutavit **Mac**
2, 123: Angustum **A**: Augustum **Mac**
267: regant **A**: legant **Mac**
3, 41: tuta **A**: tota **Mac**
74: Tiberinus **A**: Tiburinus **a**: Tiburnus **Mc**.

de hoc loco certum iudicium ferri nequit. duabus enim rationibus quod in **a** legebatur correctum est. alio tempore in voce 'tiburinus' i expunctum est, alio e super prius u scripto 'tiberinus' effectum est. quoniam punctum quo *i* pellebatur e textu facile aliquis potuit neglegere, 'tiberinus' postea ortum esse censuerim. certe falsa coniectura est.

76: abiungere **A**: adiungere **Mac**
102: tollas **A**: tollis **Mac**
4, 71: qua **A**: quoque **Mac**
II 6, 103: fileton **A**: pyleton **ac**: pileton **M**
II 7 *tit.*: ad Pollam **A**: ad Oppiam **LMac**
III 1, 149: limon **A**: limo **Mac**
3, 40: gemui **A**: gemini **M**: geminum **ac**

III 3, 47: famulatur **A**: famulantur **Mc**: simulantur **a**
176: Tereos **A**: Thereos **Mac**
V 2, 141: Accipiet (?) **A**: Accipiat **Mc**: Aspiciat **a**
142: caledonios **A**: calidonios **Mac**
157: nobis **A**: vobis **Mac**
3, 237: versus **A**: rursus **a**: cursus **Mc**

omnia haec coniecturam redolere facile unusquisque concedet.

iam statuamus eundem esse librum **M** et **A**: tunc Politianum correctorum **m** notas cognitas habuisse necesse est. atque exhibet revera I 2, 103 **A** Finierat = **m**, II 1, 78 **A** quererere = **m**, II 6, 10 **A** urse = **m**, III 1, 16 **A** ditavit = **m**, ut spiritum asperum hic illic a correctoribus additum omittam, ubi **A** formas a littera h incipientes agnoscit. II 3, 10 **A*** videtur habuisse utramque vocem et 'haec' et 'et': 'et' **M**[1] scripsit, 'haec' **m** in margine addidit. licet igitur veri simillimum videatur Politianum ipsum Matritensem adhibuisse, tamen scrupulus restat gravissimus quem iam supra tetigi. nihil autem dico quod III 2, 56 lectioni **a** 'Serius e puppi' supra scripsit: 'sevus et in 1° pog', propterea quod non ab omni parte certum est quid Politianus in Poggiano fuisse contenderit. multo maioris momenti est alterum: abesse enim disertis verbis testatur Politianus a suo codice versum I 4, 86[a] qui legitur et in **M** et in **ac**, cf. supra p. LI. hoc solo loco cecidit quod posuimus: non potest **M** idem codex esse qui in Politiani manibus fuit. versum autem illum plerique editores ne Vollmero quidem excepto tacite e contextu removerunt. qua in re gravissime mihi videntur peccavisse. neque enim per se versus interpolationem sapit — quis enim umquam Italus tam ineptam et inelegantem interpolationem fecit! — neque perspicitur, quomodo et unde in codicem **M** inrepserit. nam minime statuere licet ipsum librarium eum finxisse pro tota eius indole, quae est pingentis nonnumquam verba exemplaris sui et peccantis ex stultitia vel neglegentia, sed minime temere novantis. immo etiam hoc loco sicut alibi neglegentiae

reus est, cum a medio v. 86 aberraverit ad sequentem huiusque alteram partem bis scripserit. itaque eum versum non abiciendum, sed mordicus retinendum esse censeo. sententiam autem cuius librarii **M** culpa amisimus partem, talem fere fuisse suspicor: ⟨sed quid tua, Gallice, facta⟩ attollam cantu: gaudet Thrasymennus et Alpes eqs.

sed qua ratione explicabitur difficultas? illum versum propter similem sequentis versus exitum et facile potuisse omitti a librariis in propatulo est et desideratur in libris **UGHI**.[1]) quae cum ita sint, nihil restat nisi ut coniciamus Politianum et ipsum usum esse apographo Matritensis codicis huic libro simillimo. quod si quis non probaverit tenueritque eundem esse codicem Poggianum et **M** — id quod minime suadeo — is summae arguet neglegentiae Politianum, qui versum I 4, 86ª in suo exemplari scriptum deesse contenderit. sed sive hoc sive illud ponimus, unum, opinor, manifestum est, pretii illas notas post Poggianum codicem **M** recuperatum nullius esse, quamobrem eas ab apparatu critico exsulare iussi.[2])

Gallica autem scriptum manu exemplar suum Poggianum testatur Politianus. quod scribendi genus quale sit, cognoscitur ex codice Laurentiano plut. 30, 10, quem Politianus[3]) semiveterem dicit, Petrus autem Victorius *aliud volumen non adeo vetustum neque adeo fidele quod litteris Gallicis scriptum videbatur,* Gallicam igitur scripturam esse minusculae illius formae qua Galli inde ab unde-

---

1) margini adscriptus est in codice **R**: unde in ϱ ab initio eum omissum esse conieceris.

2) hic breviter etiam de eis notis agere placet, quas in Stati libro Florentino, scripto anno 1480, exstare breviter adnotavit Lindsayus in 'The Classical Review XII (1898), p. 446 adn. 1. unam exscripsit notam quae est ad V 2, 48: 'in antiquo erat venivea.' qualis autem ille liber 'antiquus' fuerit, cognoscitur ex uno loco: 'venivea' exstat in **G**¹**HIK**¹. nil igitur ex his notis lucri capere possumus. ac ne in ea quidem editione de qua verba fecit Hosius in mus. Rhen. XLVI (1891) p. 585, quicquam probi latere mihi persuasum est.

3) cf. Keil l. l.

cimo fere saeculo utebantur cognovi et libro ipso inspecto et uno folio photographice excusso. scimus autem et ipsum Poggium littera antiqua assuetum fuisse, cuius etiamnunc plura exstant monumenta ab eo pulcherrime scripta et fuisse ei amanuensem, quem scribere littera antiqua h. e. minuscula illa Gallica instituerat. cf. epist. II 27. O. E. Schmidt, Gian Francesco Poggio Bracciolini Zeitschr. f. allgem. Gesch. 1886. p. 415 quamobrem sic facillime rem intricatam explicabimus, ut Politianum codicem Gallica manu scriptum, fortasse ex ipsius Poggi officina profectum — nam Silvas Poggium ipsum transcripsisse non tradit Vespasianus Strozza (cf. A. Mai, Spicil. Roman. I p. 548) qui in plus uno auctore hoc adnotat — pro exemplari Poggiano habuisse statuamus. sed utut est, totam quaestionem pendere ex v. I 4, 86[a] facile concedes.

§ 4. DE MATRITENSIS EXEMPLARI.

Matritensem librum non solum communem fontem ceterorum codicum esse, sed ipsum exemplar in Poggi usum transcriptum cognovimus. atque cum in eo unicum fundamentum textus constituendi sit positum — excepto nempe II 7, quo antiquiore libro L uti licet — quale fuerit exemplar (X), unde descendit Matritensis, quaeramus. Sangallensem hunc codicem vulgo vocaverunt viri docti, donec Krohnius monuit de hoc nomine testimonium exstare nullum. nam ex Valeri Flacci subscriptione nihil lucri capitur, cum hunc una cum Asconio non eodem tempore quo Silium Silvas Manilium invenerit Poggius.[1]) neque ullum mihi innotuit testimonium, quo hos quoque poetas in monasterio Sancti Galli repertos esse demonstretur.[2]) quamobrem de loco quaestionem seponamus; de tempore satis constat, quo Silvae cum Silio Manilioque luci sunt redditae.

---

1) cf. Clark l. l. p. 129.

2) nam Asconi Florentini codicis subscriptio nihil valet. cf. Krohnium ap. Vollmernm p. 41.

iam ut de exteriore forma codicis **X** primum quid sciri posse videatur dicamus, Krohnius circiter quadragenis quaternis versibus paginas eius conscriptas fuisse perspexit. id quod pro certo efficitur ex nota marginali ad IV 3, 78 et 79 addita, quae ad v. 35 referenda est: quod ibi perperam in textu legitur 'Repit' h. e. Reperit, corrigitur voce 'Repit' adscripta. unde conclusit Krohnius duas fuisse in illo libro columnas. id quod verissimum est in eis carminibus, quae hendecasyllabis conscripta sunt. sed de ceteris licet idem sit veri simillimum, certum iudicium ferre non ausim. nam quae Krohnius protulit exempla, de eis licet dubitare. V 1, 81 pro genuina lectione 'auster' in contextum inrepsit 'arctos' quod versui 127 adscriptum fuisse in **X** Krohnius ad lectionem 'arctus' emendandam. sed ut ipse vidit, in **M** ibi 'arctos' exstat, ita ut quid sibi velit correctio non liqueat. accedit quod v. V 1, 82—84 in fine gravissimis mendis laborant. quamobrem veri simile est damno exteriore, ut ita dicam, eodem quo V 1, 82—84, corruptum esse finem versus 81, quam glossa in textum inlapsa. non tamen videtur esse praetermittendum titulum ultimo tertii libri carmine additum esse perperam a rubricatore VIA DOMITIANA id quod facilius fieri potuit, si utrumque carmen ab eodem fere paginae loco, e. g. ab initio paginae cuiuslibet ordiebatur. sunt autem inter III 5 et IV 3 versus circiter 278 — certum numerum non licet proferre, quoniam quot versuum praefatio quarti libri fuerit coniectura tantum inveniri potest — h. e. tria folia quadragenis senis in quaque pagina versibus scriptis. adde quod utrumque carmen voce *Quis* incipit. sed non premo talia post certissimum argumentum. quibus autem praeterea ad hanc sententiam demonstrandam Krohnius usus est exemplis, ea utpote minus certa transeo. itaque licet possint etiam heroicorum versuum carmina binis columnis scripta fuisse — atque magnitudo codicis **X** admodum faveret huic opinioni — pro certo hoc tantum contendo: in codice **X** scriptos fuisse quadragenos quinos fere versus in quaque pagina, hendecasyllabos

autem binis columnis.[1]) codicem illum **X** continua scriptura exaratum fuisse videtur demonstrari eo quod in prima praesertim praefatione multa male coaluere verba, multaque falso sunt distincta. in altera praefatione videtur librarius retinuisse versuum distributiones, quales fuerunt in exemplari. nam sicut in hexametris, fluctuat versuum ambitus nec non uniuscuiusque versus initium magna initali exornatum est. huius rei etiam alia exstant vestigia in praefationibus, e. g. in quarta praefatione ex vocibus disruptis et initialibus magnis hic illic positis versuum initia coniectura indagare licet. transcribo ad hanc rem illustrandam primos versus:

Inveni librum marcelle carissime quem pietati
Tuae didicarem reor equidem aliter quam invo[2])
cato numine maximum imperatoris nullum opus[2])
culum meum coepisse sed hic liber tres habet
. . . .
se quam quod quarta ad honorem tuum pertinet.
Primo autem septimum decimum germanici n͞r͞ı
consulatum adoravi secundo gratias egi sacratis[2])
simis eius epulis honoratus.

sed mittamus haec ne ingenii lusum ultra debitum modum propagemus: unum adnoto longitudinem illorum versuum quam in **X** fuisse statuimus, quadrare ad hexametri ambitum.

codicem **X** et in initio et in fine situ adesum fuisse concludere licet. nam et titulus primi libri in eo desiderabatur et finis primae paginae videtur mancus fuisse: primae praefationis extrema pars periit. nec non in fine libri situs exstant vestigia versus mutili V 5, 24—27. 76.

1) binis columnis si hexametri quoque exarati fuerunt, breviter adnoto sic eas scriptas fuisse, ut non alter versus sinistra, alter dextra exstaret, sed ut priorem librarius expleret, antequam alteram adiret. hinc explicantur errores I 1, 57 'humus aeterna crepido nec ferro aut aere laborant' et I 4, 77 'timuit pamphilia fugaci messes', ubi scribentis oculi ad proximum versum aberraverant. cf. etiam I 4, 86 sq.

2) nota hic librarium **M**[1] male verba distraxisse!

77. 84. de exitu ultimi carminis dubitant viri docti: sunt qui paginarum interitu eum periisse dicant, sunt qui carmen imperfectum a poeta relictum esse censeant. cum vero archetypum in fine mutilum deprehenderimus, illorum sententia magis probabilis videtur esse. sed pro certo hoc nequit diiudicari. certe finis tantum epicedii haustus est nec ullum exstat vestigium quo antiquos plura carmina, quam nos manibus tenemus, cognita habuisse probetur. nam quo de hac re utebantur priores Stati interpretes testimonio Sidoni Apollinaris (*carm.* 22 *ep.* 6), id dudum emendatione certissima remotum est.

iam de Lundstroemii sententia dicendum est, qui codicis 'Sangallensi' autiquioris vestigia relicta esse censet, cuius paginis quinquageni bini versus exstiterint. ad hanc sententiam probandam mire grassatus est in poetae verba. V 3, 289 lacuna nulla est: legitur enim in **M** sic fere: 'uumagine' h. e. in imagine. ac ne eae quidem lacunae, quas V 3, 237 et V 5, 32 odoravisse sibi visus est — utroque loco vocem 'incertus' interpolatione in textum inrepsisse sibi, non aliis persuasit, cf. Skutschium Berl. philol. Woch. 1894, 1514. — revera exstant. restant solum versus V 5, 24—27, 76, 77, 84. ac si quis hinc concludere velit cum Lundstroemio, in exemplari Matritensis fuisse hoc loco quinquagenos binos in quaque pagina versus, non renuo. sed haec sententia minime pugnat cum Krohniana, cui utpote certioribus argumentis nisae et ipsi adstipulati sumus. nam fieri potuit, ut sub finem codicis scripturam magis coartaret librarius. sin autem cum Krohnio etiam hexametros binis columnis scriptos fuisse statuimus — id quod probabilitate quadam minime caret — plane nil efficitur ex illis ultimi carminis lacunis.

sed haec non multum valere concedo. certiora aggrediamur et graviora. iam enim quaestio exoritur, quo scribendi genere fuerit exaratus ille codex Matritensis libri antecessor.

una cum Manilio et Silio repertae sunt Silvae. cum vero non eaedem *litterarum* commutationes in Manilii textu

occurrant, quas in Silvis admodum frequentes esse in primis potissimum paginis supra adnotavimus, non ex uno eodemque libro hos auctores fluxisse statuerim. accedit alterum: Manilii codex foedis interpolationibus turpatus est, quo genere Silvae fere carent. ac ne hoc quidem videtur praetermittendum esse. quae in Silvis inveniuntur ligaturae vocum '*et*' '*ex*' et litterarum '*nt*', eas non exstare in Manilio: ergo eas ex Stati exemplari translatas esse est concludendum. contra summa similitudo intercedit inter Silvarum et Sili corruptelas. cum hi poetae una reperti sint a Poggio ab eodemque librario in eius usum transcripti, hoc summi momenti videtur mihi esse. etiam compendi illius &, quod Matritensis librarium ab exemplari suo transtulisse censeo, exstant certa vestigia in codicibus noviciis Sili, quos ad librum illum a Poggio e tenebris protractum redire constat, pluraque latent in codicibus. cf. e. g.

I 166: leti **CLOV**: lateri **F**: la&i **S**(angallensis Sili qui dicitur)
170: lęta *om.* $\mathbf{F}^1$: *suppl.* $\mathbf{F}^{sim}$ (*cf. Stati codicem* **B**)
286: letali *suppl.* $\mathbf{F}^{sim}$, *om.* $\mathbf{F}^1$
IX 504: laetatur **CL**: laceratur **FOV**
XI 95: laeta **CL**: latea **F**: lacera **OV**
XII 201: laeta **CLOV**: latea **F**
XIII 563: et exundantibus **LOV**: ex exundantibus **F** (*in exemplari fuit nimirum* &undantibus, *superscr.* ex)

etiam de *-s* et *-m* finalibus dubitavere librarii Siliani, cf.

XV 83: fratrem **F**: fratres **LOV**
802: Actutum **FL**: Actutus **OV**
XVII 480: truculentum **FL**: truculentus **OV**

-us et *-is* inter se saepissime commutantur — cuius rei etiam in Silvis exempla exstant — cf. e. g.

Sil. XII 335: violentus **CLFV**: violentis **O**
XVII 478: perculsus **FOV**: perculsis **L**

'*n*' fuit etiam in Sili archetypo nonnumquam simillimum litteris '*ti*': cf.

XIII 6: tante **FL**: tacite **OV**
XIV 204: virens **FV**: viretis **LO**

litterae '*i*' longae initialis multa exstant exempla (cf. Stat. Silv. III 1, 36):

Sil. XIII 247: iacuit **FL**: latuit **OV**
814: Jntravit **CFL**: Lustravit **OV**

litterarum '*u*' et '*a*' sicut in Silvis (cf. e. g. III 2, 37) ita in Silio frequens est commutatio:

cf. Sil. II 400: unam **CFL**: unum **VO**
rupti **CFL**: rapti **VO** al.

initiales littera *N* et *H*, quae totiens in Silvis permutantur ita ut e. g. pro *Hunc* ferme sit scriptum *Nunc* et invicem pro *Nunc Hunc*, in Silio quoque fuere simillimae, cf.

I 458: Hunc **VO**: Nunc **FL**
595: Hunc **FL**: Nunc **VO**.

ne sim longus: non solum eodem loco eodemque tempore sunt reperti Silius et Statius, sed etiam scripturae similitudine artissime cohaeret Sili codex 'Sangallensis' cum Statiano archetypo. quid? quod in bibliotheca quadam Helvetica fuisse 'ovidii metamorfoseon Sili et stacii volumen I' antiquo saeculi noni catalogo traditum est?[1]) licetne hanc notam referre ad illos libros a Poggio in lucem protractos?

sed ne in nebulis videamur navigare haec quidem linquamus. restat autem inquirendum quo vinculo cohaereant codices **L** et **M**. ex uno fonte eos manavisse iam Baehrens cognovit, demonstratur mendorum similitudine. fortasse quaedam ex litterarum charactere explicari possunt, quo usus erat communis archetypi librarius. mirum enim videtur in '*s*' et '*m*' finalibus utrumque librarium, et **L** et **M** vel haesisse nonnumquam vel erravisse.

cf. II 7, 108: levatum **M**: levatu **L**: levatus ς
117: nocentum **M**: nocentu **L**

---

1) mus. Rhen. XXX (1875) p. 462. Ad bibliothecam Constantiensem catalogum pertinere putavit Iosephus de Lassberg (Serapeum I. 1840 p. 81 sq.).

unde illas litteras supra lineam positas mutata forma a vulgari, sed simili inter se scriptas fuisse coniecerim. adnoto etiam '*t*' litteram erroris ansam dedisse librario L: 'gravum' scripsit pro 'gratum' (sic M). idem saepius in M quoque peccatum (cf. V 5, 63 'devincas' M pro 'detineas'. V 3, 21 'semina' pro 'semita' al.) nec non in Silio. sed cum unum tantum carmen in L exstet, non ausim certi quicquam concludere materia parum sufficiente. duas tamen res teneri velim ad eandem originem redire L et M, dein aliquam relationem intercedere inter traditionem Sili et Silvarum.[1])

§ 5. ADNOTATIONES CRITICAE.

quod in apparatu critico quaedam apposui, quae fortasse minus erant necessaria, erunt qui vituperent. sed ut cognationis vinculum quo iuncti sunt libri L et M patefieret, ne ad orthographicas quidem minutias nonnumquam descendere veritus sum. contra non solum Politiani notas omisi, sed etiam codices novicios ex M ortos nota ς comprehendi. in ipsius M lectionibus hanc secutus sum normam, ut orthographica ubi antiquitatis speciem prae se ferre videbantur, diligenter servarem, reliqua ferme abicerem. neque igitur commutationes litterarum 'e' et 'ae' et, quae rarior est, 'oe' adnotavi neque de 'h' posito sive omisso mihi constans usus fuit. sed haec et similia me sprevisse nemo vituperabit. in reliquis vero Matritensis lectionem retinui, non quod sic semper poetam ipsum scripsisse censerem — quotiens contendere audebimus hoc nos scire! —, sed ne textum ad unam formam redigendo sincera delerem. legis igitur 'solemnis' et 'sollemnis', 'haut'

1) falso Clarkius l. l. Sili codicem F (Flor. bibl. aed. eccl. 196) ipsum exemplar in Poggi usum e 'Sangallensi' transcriptum esse contendit. neque enim correctrix manus eius libri Poggi est neque codex Laurentianus qui ad familiam Poggianam pertinet, ex eo natus esse potest. sed fortasse alia occasione de *hac re* fusius agere licebit.

et 'haud', 'circumeo' et 'circueo' — de quo verbo cf. Prisc. I p. 45, 13 H. — aliaque hoc genus. huc illud quoque pertinet, quod bis formam 'ecus' in textum admisi. nam duobus locis eam antiquitus traditum esse manifestum est. I *praef.* 24 'in ecum' latet in Matritensis lectione, 'mecum' itemque in titulo primi carminis ECVS scripsit **M**[1]; quae vestigia nolui deleri. nam primum quidem librarios temere *-qu-* in talibus scripsisse pro *-c-*, etiam aliunde apparet, cf. II 1, 178 ubi 'aevoque' abiit in 'ac voce' neque explicantur diversitates in codicibus Silianis velut XII 296 — ubi Poggiana familia **FL** exhibet 'nosco' unde 'nos quo' fecere **VO** —, nisi librarii etiam in similibus vocibus vulgares formas cum *-qu-* restituere adsueti fuerunt. in ipsa autem voce 'ecus' hoc factum esse discimus ex Silio I 485 ubi genuina lectio: 'Fer tecum' male separatis verbis immutata est in 'Fert equm' **F** vel 'Fert equum' **LVO**. plura possum huius rei exempla proferre, sed sufficere censeo haec. accedit quod inde ab Augusti aetate ante 'u' scribebatur 'c' pro 'qu'; grammaticorum autem doctrina nominativo atque accusativo ad ceterorum casuum formam exaequatis paulatim succrevere formae velut 'equus' et sim. quas a Traiani temporibus regnavisse auctor est Lindsayus (cf. Lindsay-Nohl, Die lateinische Sprache p. 99). antea igitur fluctuabat scriptura et potest saltem 'ecus' genuina poetae manus esse. quod Vollmer 'Equs' Statium scripsisse dicit ex Probi praeceptis (cf. Prob. p. 119, 4. app. Probi p. 197, 30 Keil, quamquam cf. p. 108, 20), iusto fundamento caret. nam tertia manus (**m**) codicis **M** titulo repetito EQVS MAXIMVS scripsit, cuius pretium nullum.

Matritensem etiam in praepositionum cum verbis compositarum formis mihi sequendum esse duxi. neque enim ei qui ubique praepositionis finem adaequant verbi initiali, neque qui ubique verbo iuxta ponunt praepositionem servata eius primaria forma, mihi videntur recta procedere. licet sit argumentum non ita grave, tamen non prorsus abiciendum ad usum alicuius vocabuli statuendum. nam quae trita et vulgaria sunt, ea ocius pronuntiationis com-

moditati student, quam quae recondita sunt et remota a vitae cotidianae consuetudine. accedit quod in **M** plenam formam observavisse mihi visus sum eis potissimum locis, ubi localis praepositionis vis effertur. certissime autem e. g. scimus Stati temporibus dici solitum esse 'alligo' non 'adligo', id quod ex Plinio apparet qui adalligandi verbum finxit. cf. Lindsay-Nohl p. 355 adn. 1. Plut. aet. Rom. 67. Romul. 26. in **M** exstat 'alligare' IV 3, 48. tamen non nimii hoc faciendum. etiam accusativorum pluralium formas in -is exeuntes ubicumque in **M** leguntur servavi. unum moneo eas voces quae Augusti aetate -is habebant (cf. O. Keller, zur lateinischen Sprachgeschichte II p. 289), ferme -es, contra quae apud Vergilium Horatiumque fluctuant, eas -es tantum habere in **M**. solum *reducis* II 7, 49 contra hunc usum facere videtur, sed cf. quae de adiectivis in x exeuntibus Keller disseruit l. l. p. 305 et Prisc. I p. 361 H. tamen incerta est res, cum librarii non nulla suo Marte videantur mutavisse; scriptum enim est 'fratres' loco genetivi III 4, 9, similiter 'veteres' pro 'veteris' III 4, 47[1]); item 'ditis' nominativus V 3, 42 librariis debetur. itaque licet certi quicquam non possimus enucleare — nam in utramque partem aperte librarii peccaverunt, mutantes et -is in -es et -es in -is — a Matritensis lectione in accusativorum forma recedendum mihi non esse arbitratus sum. denique quod nominum propriorum indicem, quem abesse noluit bibliopola honestissimus, addidi, haud ingratum fore spero legentibus. maximo vero ad eum conficiendum usui fuere indices editionis Kohlmannianae et quem Saftienus ad Vollmeri editionem summa cum diligentia composuit.

iam finem faceremus praefando, nisi de paucis locis separatim hic quaedam, maxime orthographica, exponere animus iuberet.

---

1) nam 'veteresque' coniungere cum nominativo 'penates' vetamur cum aliis rebus tum ingrato sonu: mont*es* veter*es*que penat*es*.

I 1, 37 sq. magno cum gaudio cognovi Karstenum[1]) eandem probare enuntiatorum partitionem, quam ego recepi quamque Alexander Souter litteris ad me datis commendavit. ille I 1, 64 quoque 'montis' a Vollmero male defendi contendit. sed fingendi notionem retinendam esse mihi non persuasit.

I 1, 82 quam Ericus Staaff[2]) commendat interpretationem eam stare non posse vix quisquam infitias ibit. plane enim aliter comparatus est locus Catullianus, quo suam interpunctionem illustraturus erat. recte videtur Behotius locum explicasse.

I 2, 122 etiam hic errare censeo Staaffium.[3]) nam quam ille verbis 'vincit opes animo' subesse notionem statuit, ea a totius loci sensu abhorret quam maxime. sed utrum 'querimur' cum Peyraredo an 'queritor' cum Vollmero scribamus, parum refert. hoc ut lenius malui edere.

I 3, 9 quae hic Staaffius[4]) elicuit, fere incredibilia sunt. sic enim censet scribendum hunc locum:

ipsa manu tenera tectum — scripsisse voluptas —
tunc Venus Idaliis unxit fastigia sucis.

nil dico de molesta tautologia 'tectum fastigia', nil de parenthesi 'scripsisse voluptas': genetivum pluralis numeri 'tectum' quo iure statuerit, quaero. an cuiuslibet vocis censet hanc formam fingi posse, quae nisi in paucis vocibus traditione quadam poetarum sancita non iuvenitur? accedit quod 'tectum' a librariis in 'tecum' mutatum esse parum probabile est. debuit igitur saltem sic scribere: *ipsa manu tenera — tecum* (scil. cum Vopisco) *scripsisse voluptas* (fuit Veneri) — *tunc Venus etc.* sed ne hoc quidem mihi placet propter particulam 'tunc'.

I 3, 87 nomen oppidi Anxuris sic in textum recepi ut prima manu scriptum est in **M**. nam licet apud Graecos nominetur Ἄγξωρ (Diod. XIV 16, 5), tamen etiam formam

1) mnem. vol. XXVII (1899) p. 344.
2) Eran. Suev. vol. III (1899) p. 108.
3) ib. p. 109. 4) ib. p. 113.

'Anxyr' exstitisse docet Probus (p. 17, 30 K.). cf. etiam Serv. Aen. VII 799: 'puer Iuppiter qui Anxyrus dicebatur quasi ἄνευ ξυρᾶς id est sine novacula. quia barbam numquam rasisset...est autem fons in Campania iuxta Terracinam, quae aliquando Anxyr est dicta.'

I 4, 88 'lacera' vulgo legitur, pro quo lectionem traditam 'laeta' revocavi, quae toti loco multo mihi videtur aptior esse quam illud miserum 'lacera'.

I 5, 39 nuper negat Karstenus[1]) et hoc loco et I 2, 148 marmor Tyrium Sidoniumque intellegendum esse ac revera satis est mirum hoc genus uni Statio fuisse notum neque quicquam usquam eius exstare praeter hos duos locos vestigium. cum autem aperto mendo laboret locus — 'Quoque' enim haud dubie corruptum est — vulgatam priorum editionum lectionem 'quasque' revocavit locumque sic interpretatur: 'et ⟨nitent⟩ rupes niveae, quas secat purpura Tyri et Sidonia'. notus est Plini locus (n. h. XXXV 3): 'Neronis (principatu inventum est)..maculas quae non essent in crustis inserendo unitatem variare, ut ovatus esset Numidicus, ut purpura distingueretur Synnadicus, qualiter illos nasci optassent deliciae.' tota quaestio pendet ex interpretatione vocis 'secat'. quae si ad pictas tantum lineas spectare potest, tractas per candidos abacos, bene est. I 2, 148 marmor Tyrium non intellegendum esse concedo. nam lapides quibus purpura Laconica saepe invidet, non possunt esse illi Laconici, qui viridis coloris sunt hodieque audiunt 'verde antico'. quamobrem ne in altera quidem enuntiati particula: 'saxa ⟨nitent⟩ quibus.. Tyrii moderator livet aeni' de marmore cogitare opus est. immo tinctor muricis dolet purpuram quam coquit non tam boni coloris esse, quam lapis quidam purpureus, cuius ei modo in mentem venit.

I 6, 13 Idyme, quod prima in Matritensi manu exaratum — a correctoribus 'hidumes' factum est — re-

1) l. l. p. 345 et 348.

tinendum esse censui. videtur enim ea forma fuisse familiaris eius aevi poetis. non solum praeter hunc locum ter exstat in **M** (III 2, 138. III 3, 140. V 2, 139), sed etiam apud Silium (III 600) 'Idyme' fuit in archetypo et apud Valerium Flaccum haec forma latet in apparatu critico I 12. adde quod apud Vergilium (Georg. III 12) in antiquissimis optimisque libris ferme legitur 'Idymaeas'.

II *praef.* 12 lacunam quam statueram, hiare et Karstenus[1]) cognovit conceditque etiam Vollmer. sed prorsus abdicandum reiciendumque est, quod ille de explenda sententia excogitavit. neque enim lacunam tantum statuit, sed etiam quae ei finitima sunt, coniectura temptavit: 'tunc' enim proposuit pro 'non'. itaque de eius supplemento verba facere vix operae pretium est. mihi tale quiddam videtur haustum esse lacuna: *iam non tibi* ⟨*tam funesta et plorata memoria est quam cum*⟩ *huius amissi recens vulnus, ut scis, epicedio prosecutus sum.*

II 1, 64 Vollmer frustra temptavit traditam lectionem defendere. nam quae protulit exempla, ea plane aliter comparata sunt. collocatur enim haud raro praepositio post substantivum vel coniungitur cum eius attributo. ad illud loci spectant quos Vollmer ipse addidit Leonis ad Culicis v. 92 exemplis: Prop. III 1, 4. Aetn. 326 al. huius rei exempla ex sescentis propono haec Lucr. VI 683 *multaque sunt ignis prope semina aquai,* I 740 *principiis tamen in rerum fecere ruinas.* at Stati loco plane aliter res se habet. interponitur enim inter attributum et praepositionem verbum. accedit quod parum placet Glauciam oscula Melioris ad postes revocare. contra quam lepida imago, si fingimus animo sequentem usque ad limina dominum ibique insistentem quasi veritum postes egredi et abeuntem revocare ad oscula! itaque cum Italis singularis ablativum 'ipso — poste' probavi, quo numero utitur ad ianuam significandam et alibi Statius e. g. IV 1, 44. breviter moneo me Elteri coniecturam v. 71 'dulcis — cura' ('dulces — curae'

1) l. l. p. 350.

exhibet M) sprevisse propterea quod hic iuxta pluralem 'deliciae' haud inepte videbatur exstare pluralis 'curae'.

II 1, 176 ad scripturam 'Molvius' quam retinui, firmandam poteram afferre etiam Trebell. Gall. 18, 5 ubi hanc formam Peter intactam reliquit.

II 6, 49 intricatissimus est locus. recepi Krohnio suadente lenissimam mutationem quam Poggius in **M** effecit: *nam pudor unde notae menti etc.* pudorem autem notae intellego vituperationis timorem.

II 7, 45 ut secundum **L** 'Thymbrim' in textum reciperem non potui a me impetrare licet hoc probante Bonneto (rev. de philol. XVI (1892) p. 184).

III 2, 137 'Zeuma' sicut V 3, 187 'Zeumate' edidi Matritensem secutus. hodie enim teste Georgesio vocari oppidum Zima apte monuit Krohnius. littera autem 'g' ante 'm' non satis videtur tenuisse propriam suam vim, cum in vitae cotidianae lingua haud raro vel 'u' sit facta effeceritque diphthongum cum antecedente vocali — exempla Schuchardtius collegit (Vokal. des Vulgärlateins I 146. II 499, cf. etiam Lindsay-Nohl p. 103) — vel ubi hoc fieri nequibat, cum sequente consonanti confluxerit. cuius rei unum certum exstat exemplum, nempe vox 'sigma' quam 'simma' scripsere Sidonius Apollinaris (carm. 17, 6, ubi Martinus Dumiensis quoque 'simma' legit) et Gregorius Turonensis, ubi (de curs. stell. 21 et 39) 'symma' et 'sima' exstat.[1]) cf. Prob. p. 121, 34 K. aumentum licet ex posteriore aetate attulit Schuchardtius I 146. ad hoc exemplar formatum est 'Zeuma'. contrarium exemplum exstat in Glossis ubi 'fluxus' explicatur voce 'regima' hoc est *regma* = ῥεῦμα cf. Goetz, Thesaurus Glossarum emend. s. v. fluxus.

IV 2, 19 sq. retinui sicut in **M** leguntur, id quod defensione eget cum plerique v. 22 verba tradita corrigenda esse censuerint. proficiscendum autem ex v. 19 interpretatione. ad Vergili locum (Aen. VII 170) hoc versu ad-

---

1) adde Spart. Hadr. 17, 4 ubi Peter *simmatibus* recte edidit. cf. Lampr. Heliog. 25, 2. Gromat. I p. 250.

ludere poetam nemo non videt, sed dubium esse potest, utrum plus an minus centum columnas in Domitiani cenatione fuerint. illud statuit nuperrime Vollmer. tamen si Domitianae domus in Palatino reliquias contemplati erimus, centum columnis in uno conclavi locum non esse liquebit. 'non centum' igitur 'minus quam centum' significat. hinc efficitur, ut sequens 'quantae' ad magnitudinem, non ut Vollmero placuit ad numerum spectet. hoc Domitiani palatium Iovem Capitolinum admirari contendit porro poeta. caeli deorumque mentione eo ducitur ut imperatorem utpote deum caelum petiturum meminerit: orat ut quam diutissime terris contentus sit. hanc sententiam haud inepte adnexam — cf. 60. I 1, 106. Theb. I 30. Luc. I 46 — subesse censeo verbis v. 22 nec magnum properes (cf. astra petes serus Luc. l. l.) excedere caelum. totum hoc enuntiatum quasi parenthetice interpositum est. magnum caelum intellego directionis accusativum cui non opus est praepositione 'in' quam Lundstroemius[1]) addendam censuit. excedendi autem verbo quod moriendi notionem idem inesse voluit, parum feliciter mihi videatur egisse. relinquendi vis latet me iudice in hoc verbo: petit Statius ut Domitianus palatium diu habitare dignetur.

V 2, 11 Vollmer traditam vocem 'propinqui' retinuit. at cur Statius hoc loco alloquatur propinquos Crispini, plane non perspicitur. mihi persuasum est 'propinquis' substituendum esse et sic explicandum: suntne optanda etiam ea, quae propinquis tristia sunt? nam 'propinquis' ad Crispinum referri nequit, cum ille cum Statio non fuerit coniunctus propinquitate.

V 5, 67 paulo fusius Krohni sententia, licet mihi minime adrideat, exponenda est quam in adnotatione critica fieri potuit. aedituos vel aedituas explicare conatur eo quod huius generis homines summa fuerint loquacitate. eos enim hospitibus quicquid in quaque urbe memorabile exstat monstravisse.

---

1) l. l. p. 73.

sed finem imponamus huic de singulis locis disputationi. quid restat nisi ut gratias agam eis quorum auxilium mihi in Silvis edendis praesto fuit? atque imprimis nominandus est Fridericus Leo, qui quaerenti mihi de locis haud paucis quid sentiret per litteras benignissime aperuit, sequitur Fridericus Vollmer, cuius editione quantopere Silvarum interpretatio sit provecta non meum est laudare. idem vir doctus et multa quae ipse collegerat ex codicibus, imprimis notarum Politianearum collationem mihi permisit et in typothetarum erroribus emaculandis magnopere me adiuvit. idem munus et sescenta alia debeo Mauritio Krohn, cuius cum de Statio tum de hac editione merita iustis efferre laudibus vix penes me est.

Scribebam Monachii Id. Dec. 1899.

Alfredus Klotz.

addenda et corrigenda.

p. XVII l. 29 *lege* denique *pro* denlque.
p. XVII de codice K cf. Nolhac, bibliothèque de Fulvio Orsini p. 220, de codice Q ib. p. 241. 364.
p. 5 deleas interpunctionem post v. 42, item p. 23 post v. 60.
p. 49 v. 39 *nisu* substituas pro *visu*.
p. 55 v. 64 adn. pro *Madvigius* legas *Heinsius*.
p. 114. 8, 8 *lege* Dicarcheo *pro* Dicearcheo.
p. LXXVII l. 18 *odoratus esse* legas pro *odoravisse*.
mea culpa in paginarum librorumque titulis STATII editum est: reponas quaeso STATI.
Krohni benignitate ad Matritensis libri speciem inlustrandam imaginem fol. 64^a addere potui, quod continet primi libri praefationem, modulo ad dimidium fere redacto (165 : 90, 2).

P. PAPINI STATI

S I L V A R U M

LIBRI V.

INDEX NOTARUM.

M = codex Matritensis bibliothecae nationalis M 31.

M[1] = ipsius librarii manus.

M[2] = manus altera.

m = reliquae manus correctrices.

L = codex Laurentianus plutei 29, 32.

L[2] = manus antiqua eiusdem correctrix.

ς = Italorum doctorum in ceteris codicibus coniecturae.

a = editio princeps Romana 1472.

c = editio Domitii Calderini 1475.

exp. = expunxit.

del. = delevit.

sep. = separavit.

coni. = coniunxit.

dist. = distinxit.

suprascr. = suprascripsit.

add. = addidit.

om. = omissum *vel* omittitur.

† corruptelam indicat, * * * * * lacunam, ////////// rasuram.

INDEX CARMINUM.

P. PAPINI STATII

SILVARUM

LIBER I.

STATIUS STELLAE SUO SALUTEM.

Diu multumque dubitavi, Stella, iuvenis optime in studiis nostris eminentissime, qua parte voluisti, hos libellos, qui mihi subito calore et quadam tinandi voluptate fluxerunt, cum singuli de sinu o pro . . . ., congregatos ipse dimitterem. quid m . . . . quoque auctoritate editionis onerari, adhuc pro Thebaide mea, quamvis me reliquerit, eo? sed et Culicem legimus et Batrachomachiam m agnoscimus, nec quisquam est inlustrium poetarum non aliquid operibus suis stilo remissiore praelu- it. quid? quod haec serum erat continere, cum illa

Nulla inscriptio nec eius spatium relictum, sed in summo 64ª litteris rubris maioribus STATIVS STELLAE SVO | SALVTEM 5 DIV · MVLTVM · Q꞉ · DVBITAVI · STELLA · IVVENIS *atr.* 6 in- liis qua parte **M**²: quapeste et 7 anhos calore **M**²: re 8. 9 desinumeo (*sep.* **M**²) 9 pro . . . . (*lacuna 13 litterarum,* spacium **M**¹ *in mg.*): prodiissent ς: prodierint tianus, alii alia 9. 10 quidenim . . . . quoque: *lacu- 11 litterarum varie suppleverunt e. g.* ⟨eodem tempore⟩ er, ⟨oportet hos⟩ ς *O. Müller* 11 quo: quom *Marklandus*: niam *Krohnius* quamvis: quae vix *Wachsmuthius et hnius* reliquerit **M**²: seliquerit 12 batracho machiam *xp. et* u *suprascr.* **M**¹, *coni.* **M**²) 13 & iam (*coni.* **M**²) in- rium ς: inlustrum 14 non aliquid **M**²: noualiquid : seriis *Marklandus* remissiore **M**²: semissiose 15 haec: *Heinsius* serumerat (*sep.* **M**²)

vos certe, quorum honori data sunt, haberetis? sed apud ceteros necesse est multum illis pereat ex venia, cum amiserint quam solam habuerunt gratiam celeritatis. nullum enim ex illis biduo longius tractum, quaedam et in singulis diebus effusa; quam timeo, ne verum istuc versus quoque ipsi de se probent!

primus libellus sacrosanctum habet testem: sumendum enim erat 'a Iove principium'. centum hos versus, quos in ecum maximum feci, indulgentissimo imperatori postero die, quam dedicaverat opus, tradere iussus sum. 'potuisti illud' dicet aliquis 'et ante vidisse'. respondebis illi tu, Stella carissime, qui epithalamion tuum, quod mihi iniunxeras, scis biduo scriptum. audacter mehercles, sed tantum tamen hexametros habet et fortasse tu pro collega mentieris. Manilius certe Vopiscus, vir eruditissimus et qui praecipue vindicat a situ litteras iam paene fugientes, solet ultro quoque nomine meo gloriari, villam Tiburtinam suam descriptam a nobis uno die. sequitur libellus

---

16 vos certe **M**^{2}: nosceste 17 illispereat 20 quam timeo ne *Politianus*: quam ı meone (*lineam infra* qua *subduxit et in mg. scripsit* quamvis **M**^{2}): quamquam (quamvis *vulgo*) timeo ne *Baehrens*

22 narrat que continentur | in hoc libro **M**^{2} *in mg.* 23 enimerat (*sep.* **M**^{2}) centum: ceterum **M**^{2} 24 in ecum **M**^{2}: mecum (equum *supra v. add.* **m**) 25 dedi caveratopustradere (*dist.* **M**^{2}) 26 iussus sum ς: iussum: ausus sum *Sandstroemius* dicet ς: di& ant evidisse (*dist. et* ante *in mg. repetiit* **M**^{2} 27 respondebis **M**^{2}: sespondebis 27. 28. epithalamion **m**: *quid* **M**^{1} *exhibuerit incertum est, fortasse* -mum 28 mihilunnxerasscis (*sep.* **M**^{2}; *eadem medias litteras plus uno modo clariores reddere studuit et* iniunxeras *in mg. posuit*) biduo **M**^{2} *in mg.*: dubio 29 tantum tamen: ter centum tamen *Elter*: tamen CCLXXII **c** exam& (*exp.* **M**^{1}, *del. etiam rubricator*) | exam&ros 30 et: at *Bernartius* fortasse **M**^{2}: fostasse tuprocollega (*sep.* **M**^{2}) Manilius ς: Manlius (*repetiit* **m** *in mg.*)

31 certe vopiscus **M**^{2}: cestevopiscus vir eruditissimus **M**^{2}: ıure ruditissimus 31. 32 quip̄cipuevindicat asitulitte- | rasiampenefugientes (*dist.* **M**^{2}) 33 ultroquoque (*sep.* **M**^{2}) meo gloriari villam **M**^{2}: meogloriar (*exp.* **M**^{1}, *del. etiam rubricator*) | *meo gloriar* illā tiburtinam **M**^{2}: tibustinam 34 nobis **M**^{2}:

Rutilio Gallico convalescenti dedicatus, de quo nihil dico, ne videar defuncti testis occasione mentiri. nam Claudi Etrusci testimonium †domomum est, qui balneolum a me suum intra moram cenae recepit. in fine sunt Kalendae Decembres, quibus utique creditur: noctem enim illam felicissimam et voluptatibus publicis inexpertam . . . .

I.

ECUS MAXIMUS DOMITIANI IMP.

Quae superinposito moles geminata colosso
stat Latium complexa forum? caelone pera⟨ctum⟩
fluxit opus? Siculis an conformata caminis
effigies lassum Steropem Brontemque reliquit?
an te Palladiae talem, Germanice, nobis
effinxere manus, qualem modo frena tenentem
Rhenus et attoniti vidit domus ardua Daci?
nunc age Fama prior notum per saecula nomen
Dardanii miretur equi, cui vertice sacro

---

vobis 35 convalescenti *Scriverius et Heinsius*: est ualenti (ſce supra) (ſce *del. et* valenti *in mg. add.* **M**[2]) 36 mentiri (¯ *supra* e *add.* **M**[2]) 37 claudi etrusci (*hoc in mg. expuncto* c . . . . . ei) **M**[2]: claudic . . . . . ei domomum (*linea infra ducta del.* **M**[2]): vadimonium *Leo*: documentum *Klotzius* 37. 38 quibalne olūamesuū (*dist.* **M**[2]) 38 intrā (*corr.* **M**[1]) cenaerecepit (*utrum* r *an* s *voluerit librarius, non liquet*) 38. 39 In fine sunt kl. de|cembres **M**[2] *in mg.*: Infinestint kt. dēc. 39 creditur **M**[2]: escditur (?) 40 felicissimam ς: felissimam 40. 41 in&ptā (inexpertā **M**[2] *infra add.*) 41 *septem octove huius paginae versus praeter mg. vacui relicti sunt*

I. ECVS · MAXIMVS | DOMITIANI · IMP · *litteris rubris* (EQVS · MAXIMVS · DOMITIANI · IMP · **m** *iuxta posuit atr.*) 1 superimposito moles *vulgo*: super inposito sedes (*hanc vocem del.* **M**[1] *vel* **M**[2] *et* **m**) moles geminata **m**: gemmata 2 peractum **M**[2] *et* **m**: pa: per auras ς 5 Ante (*sep.* **M**[2]) palla die 6 Effinxere **m** *in mg.*: Effigere 7 vidit domus **m**: domus vidit

Dindymon et caesis decrevit frondibus Ide:
hunc neque discissis cepissent Pergama muris
nec grege permixto pueri innuptaeque puellae
ipse nec Aeneas nec magnus duceret Hector!
adde, quod ille nocens saevosque amplexus Achivos,
hunc mitis commendat eques: iuvat ora tueri
mixta notis belli placidamque gerentia pacem.
nec veris maiora putes: par forma decorque,
par honor. exhaustis Martem non altius armis
Bistonius portat sonipes magnoque superbit
pondere nec tardo raptus prope flumina cursu
fumat et ingenti propellit Strymona flatu.
par operi sedes. hinc obvia limina pandit,
qui fessus bellis adsertae munere prolis
primus iter nostris ostendit in aethera divis;
discit et e vultu, quantum tu mitior armis,
qui nec in externos facilis saevire furores
das Cattis Dacisque fidem. te signa ferente
et minor in leges iret gener et Cato castris.
at laterum passus hinc Iulia tecta tuentur,
illinc belligeri sublimis regia Pauli,
terga pater, blandoque videt Concordia vultu.
ipse autem puro celsum caput aere saeptus
templa superfulges et prospectare videris,
an nova contemptis surgant Palatia flammis
pulchrius, an tacita vigilet face Troicus ignis

---

10 Ide ς: iden 11 *et* 15 Hunc **m**: Nunc 15 commendat (a *ex* o **M**[1]) eques ς: equos: honos **m** *in mg.* 22 hinc: huic ς 23 assertae ς: adsectae (sec *inter scribendum ex* sci *mutatum*): adscitae ς 25 Discit et: Discitur ς armis: adsis *Bursianus* 28 *lacunam post hunc versum statuit Schwartzius; plerique* castris *corruptum censuere, pro quo* castus *Bursianus*: constans *Doellingius*: concors *Stangius, alii alia* 33 super fulges 34 comtemptis 35 tacita **m**: tanta *an* tacita *fuerit, non liquet* 38 *ultimus in fol. 64*[b], 37 *primus in fol. 65*[a]. *ante 38* **M**[1] b, *ante 37* a *adscripsit. librarius enim cum* Dextra vetat et sectae pr. c. m. *scripsisset, perspecto statim errore totum v. 37 addidit, ordinem*

atque exploratas iam laudet Vesta ministras.
dextra vetat pugnas, laevam Tritonia virgo
non gravat et sectae praetendit colla Medusae:
ceu stimulis accendit equum; nec dulcior usquam
lecta deae sedes nec si, pater, ipse teneres.
pectora, quae mundi valeant evolvere curas,
et cui se totis Temese dedit hausta metallis;
it tergo demissa chlamys. latus ense quieto
securum, magnus quanto mucrone minatur
noctibus hibernis et sidera terret Orion.
　　at sonipes habitus animosque imitatus equestris
acrius attollit vultus cursumque minatur;
cui rigidis stant colla iubis vivusque per armos
impetus et tantis calcaribus ilia late
suffectura patent. vacuae pro caespite terrae
aerea captivi crinem tegit ungula Rheni.
hunc et Adrasteus visum extimuisset Arion
et pavet aspiciens Ledaeus ab aede propinqua
Cyllarus. hic domini numquam mutabit habenas
perpetuus frenis atque uni serviet astro!
　　vix sola sufficiunt insessaque pondere toto
subter anhelat humus, nec ferro aut aere: laborant
sub genio, teneat quamvis aeterna crepido,
quae superingesti portaret culmina montis
caeliferique attrita genu durasset Atlantis.

---

restituit praescriptis b a, *post radendo* Dextra vet *delevit*, Non grav *substituit* 37 pugnas ς: pugnes (*quod defendit Vollmer*) laevam ς: lavium: Latium **m** *Baehrens,* (*qui et* pugnis) *qua coniectura accepta cum Brandesio ordo versuum mutandus est; voluit ille:* 38. 41. 42. 39. 40. 43. (et quis) virgo ς: vulgo 39 accendit: accendat *Aldus* 40 nec sic pater ipse teneres pectora ς 42 et (en *Baehrens*) cui ς: et qui: et quis ς Temese dedit ς: themes edidit hausta (u *supra v.* **M**[1]) 43 it ς: Et 48 rigidis **m** (?): regidis 51 aerea *Marklandus*: Aenea tegit: terit ς 54 mutabit ς: mutavit 56 insessaque **m**: uiss (*del.* **M**[1]) uis essaque toto: tanto ς 57 Supter humus aeterna crepido (*exp.* **M**[1]) nec ferro laborant: laborat ς 59 super ingesti

nec longae traxere morae. iuvat ipsa labores
forma dei praesens operique intenta iuventus
miratur plus posse manus. strepit ardua pulsu
machina; continuus septem per culmina ⟨longe⟩
it fragor et magnae vincit vaga murmura Romae.
ipse loci custos, cuius sacrata vorago
famosique lacus nomen memorabile servant,
innumeros aeris sonitus et verbere crudo
ut sensit mugire forum, movet horrida sancto
ora situ meritaque caput venerabile quercu.
ac primum ingentes habitus lucemque coruscam
expavit maioris equi terque ardua mersit
colla lacu trepidans, laetus mox praeside viso:
'salve, magnorum proles genitorque deorum,
auditum longe numen mihi! nunc mea felix,
nunc veneranda palus, cum te prope nosse tuumque
immortale iubar vicina sede tueri
concessum. semel auctor ego inventorque salutis
Romuleae: tu bella Iovis, tu proelia Rheni,
tu civile nefas, tu tardum in foedera montem
longo Marte domas. quod s⟨i te⟩ nostra tulissent
saecula, temptasses me non audente profundo
ire lacu, sed Roma tuas tenuisset habenas'.
cedat equus, Latiae qui contra templa Diones
Caesarei stat sede fori — quem traderis ausus
Pellaeo, Lysippe, duci, mox Caesaris ora

---

61 longae: longe *Barthius* 64 continuus (o *super alterum* u *scripsit* **m**): continuo *Marklandus* culmina ⟨longe⟩ *e. g. cum Krohnio*: culmina montis (*ex v. 59*): culmina ⟨caelo⟩ *Handius, alii alia* 65 vincit *Heinsius*: fingit: linquit *Vollmer*
69 mugire **m**: nugire (*vel etiam* mugire) 71 Ac (c ∼ t)
73 trepidans **m**: trepidas: trepidus ς 81 quod si te (si modo ς) nostra **m**: quod s . . . nostra 82 temptasses: tentasses **m** profundo (s *in fine add. s. v.* **m**) 83 Ire (e *ex* a **M**[1])
lacu sed *Marklandus*: lacus et (sed ς) 84—90 *post* 55 *collocandos censet Wolfgangus Meyer* 84 templa diones **m**: templa reliones (*litterae* rel *incertissimae*) 85 traderis: tradere es ς

mirata cervice tulit — vix lumine fesso
explores, quam longus in hunc despectus ab illo.
quis rudis usque adeo, qui non, ut viderit ambos,
tantum dicat equos quantum distare regentes?
    non hoc imbriferas hiemes opus aut Iovis ignem
tergeminum, Aeolii non agmina carceris horret
annorumve moras: stabit, dum terra polusque,
dum Romana dies. hoc et sub nocte silenti,
cum superis terrena placent, tua turba relicto
labetur caelo miscebitque oscula; iuxta
ibit in amplexus natus fraterque paterque
et soror: una locum cervix dabit omnibus astris.
    utere perpetuum populi magnique senatus
munere. Apelleae cuperent te scribere cerae
optassetque novo similem te ponere templo
Atticus Elei senior Iovis, et tua mitis
ora Tarans, tua sidereas imitantia flammas
lumina contempto mallet Rhodos aspera Phoebo.
certus ames terras et quae tibi templa dicamus,
ipse colas; nec te caeli iuvet aula, tuosque
laetus huic dono videas dare tura nepotes.

II.

EPITHALAMION IN STELLAM ET VIOLENTILLAM.

Unde sacro Latii sonuerunt carmine montes?
cui, Paean, nova plectra moves umeroque comanti
facundum suspendis ebur? procul ecce canoro

I 107 Priscianus II p. 10 Hertz. 'Statius quoque huic videtur protulisse per diaeresin in primo silvarum: Laetus — nepotes'.

87 Mirata: aurata ς   94 hoc: huc ς   96 *cum Barthio ante* iuxta *distinxi*   100 Appelleae ς: pelleae   cerae: curae *Polster*   103 tarans: Taras *Politianus*, *sed cf.* Atlans *Verg. A. I 741 al. Stat. Th. V 430 al. Sil. V 271. Aus. ad nep. 21,* elephans *Luc. IX 732, Buecheler, Grundriſs der lateinischen Deklination p. 5*   107 tura ς: iura (*sic etiam Prisciani libri fere omnes*)

demigrant Helicone deae quatiuntque novena
lampade solemnem thalamis coeuntibus ignem
et de Pieriis vocalem fontibus undam.
quas inter vultu petulans Elegea propinquat
celsior adsueto divasque hortatur et ambit
alternum fultura pedem decimamque videri
se cupit et medias fallit permixta sorores.
ipsa manu nuptam genetrix Aeneia duxit
lumina demissam et dulci probitate rubentem,
ipsa toros et sacra parat coetuque Latino
dissimulata deam crinem vultusque genasque
temperat atque nova gestit minor ire marita.
    nosco diem causasque sacri: te concinit iste —
pande fores! — te, Stella, chorus; tibi Phoebus et Euhan
et de Maenalia volucer Tegeaticus umbra
serta ferunt. nec blandus Amor nec Gratia cessat
amplexum niveos optatae coniugis artus
floribus innumeris et olenti spargere nimbo.
tu modo fronte rosas, violis modo lilia mixta
excipis et dominae niveis a vultibus obstas.
    ergo dies aderat Parcarum conditus albo
vellere, quo Stellae Violentillaeque professus
clamaretur hymen. cedant curaeque metusque,
cessent mendaces obliqui carminis astus,
Fama tace: subiit leges et frena momordit
ille solutus amor. consumpta est fabula vulgi
et narrata diu viderunt oscula cives.
tu tamen attonitus, quamvis data copia tantae
noctis, adhuc optas permissaque numine dextro
vota paves. pone, o dulcis, suspiria, vates,
pone: tua est. licet expositum per limen aperto

II 7 elegea: elegia m   9 fultura ς: futura: factura m   11 genetrix: genitrix m   duxit: ducit ς   12 lumina ς: Lumine   13 coetuque: cultuque *Tan. Faber*: cinctuque *Barthius*   17 euhan m: euhun   23 dominae ς: dominis   32 permissaque *Heinsius*: depremissaque (de *exp.* m): promissaque ς   dextro ς: dextra

ire, redire gradu: iam nusquam ianitor aut lex
aut pudor. amplexu tandem satiare petito —
contigit! — et duras pariter reminiscere noctes.
   digna quidem merces, et si tibi Iuno labores
Herculeos, Stygiis et si concurrere monstris
Fata darent, si Cyaneos raperere per aestus.
hanc propter tanti Pisaea lege trementem
currere et Oenomai fremitus audire sequentis.
nec si Dardania pastor temerarius Ida
sedisses, haec dona forent, nec si alma per auras
te potius pensa veheret Tithonia biga.
   sed quae causa toros inopinaque gaudia vati
attulit? hic mecum, dum fervent agmine postes
atriaque et multa pulsantur limina virga,
hic, Erato iocunda, doce. vacat apta movere
colloquia et docti norunt audire penates.
   forte, serenati qua stat plaga lactea caeli,
alma Venus thalamo pulsa modo nocte iacebat
amplexu duro Getici resoluta mariti.
fulcra torosque deae tenerum premit agmen Amorum;
signa petunt qua ferre faces, quae pectora figi
imperet; an terris saevire an malit in undis,
an miscere deos an adhuc vexare Tonantem.
ipsi animus nondum nec cordi fixa voluntas.
fessa iacet stratis, ubi quondam conscia culpae
Lemnia deprenso repserunt vincula lecto.
hic puer e turba volucrum, cui plurimus ignis
ore manuque levi numquam frustrata sagitta,
agmine de medio tenera sic dulce profatur
voce — pharetrati pressere silentia fratres —:

---

35 nusquam ge(*del.* **M**[1])ianitor   41 pisea **m**: pisca   43 Nec: Hec **m**   44 nec: hec **m**   45 pensa veheret *Gevartius*: prensa veheret: prensum (*sic iam Parrhasius*) aveheret: *Baehrens*   46 vati **c**: vatis   48 limina ς: lumina   55 qua *Nodellius*: quas   60 deprenso: deprensae *Handius*   lecto: furto *Marklandus*: coetu *Barthius*   62 manuque levi: manusque levi *Morellius*: manusque levis *Cruceus*

'scis ut, mater', ait 'nulla mihi dextera segnis
militia; quemcumque hominum divumque dedisti,
uritur. at quondam lacrimis et supplice dextra
et votis precibusque virum concede moveri,
o genetrix: duro nec enim ex adamante creati,
sed tua turba sumus. clarus de gente Latina
est iuvenis, quem patriciis maioribus ortum
nobilitas gavisa tulit praesagaque formae
protinus e nostro posuit cognomina caelo.
hunc egomet tota — quondam tibi dulce — pharetra
improbus et densa trepidantem cuspide fixi.
quamvis Ausoniis multum gener ille petitus
matribus, edomui victum dominaeque potentis
ferre iugum et longos iussi sperare per annos.
ast illam summa leviter — sic namque iubebas —
lampade parcentes et inerti strinximus arcu.
ex illo quantos iuvenis premat anxius ignes,
testis ego attonitus, quantum me nocte dieque
urguentem ferat. haud ulli vehementior umquam
incubui, genetrix, iterataque vulnera fodi.
vidi ego et immiti cupidum decurrere campo
Hippomenen, nec sic meta pallebat in ipsa;
vidi et Abydeni iuvenis certantia remis
bracchia laudavique manus et saepe natanti
praeluxi: minor ille calor, quo saeva tepebant
aequora: tu veteres, iuvenis, transgressus amores.
ipse ego te tantos stupui durasse per aestus
firmavique animos blandisque madentia plumis
lumina detersi. quotiens mihi questus Apollo,
sic vatem maerere suum! iam, mater, amatos
indulge thalamos. noster comes ille piusque

---

68 virum: viri *Bernartius* 71 maioribus (a *ex* u **M**[1]) 72 tulit (*ex* fuit **M**[1]) 74 quondam: quoniam *Parrhasius* 75 densa: tensa *Koestlinius* 80 parcentes (c *supra v. add.* **M**[1]) 82 attonitus ς: attonito 83 Urguentem (u *exp.* **m**) 85 immiti **M**[2]: inmitti 86 Ippomenen 87 abydeni: abydei **m** 89 Praeluxi: praelusi ς 95 indulge ς: Indulget

er; armiferos poterat memorare labores
ue facta virum et torrentes sanguine campos,
bi plectra dedit mitisque incedere vates
; et nostra laurum subtexere myrto.
venum lapsus suaque aut externa revolvit
ra; pro! quanta est Paphii reverentia, mater,
is: hic nostrae deflevit fata columbae.'
t; tenera matris cervice pependit
is et admotis tepefecit pectora pennis.
fert vultum non aspernata rogari:
le quidem rarumque viris, quos ipsa probavi,
s votum iuvenis cupit. hanc ego formae
um mirata decus, cui gloria patrum
ieris certabat honos, tellure cadentem
i fovique sinu nec colla genasque
e nec pingui crinem deducere amomo
it mea, nate, manus. mihi dulcis imago
uit. celsae procul aspice frontis honores
stumque comae. Latias metire quid ultra
at matres: quantum Latonia nymphas
premit quantumque egomet Nereidas exto.
et caeruleis mecum consurgere digna
ous et nostra potuit considere concha
flammigeras potuisset scandere sedes
e intrare domos, ipsi erraretis, Amores.
quamvis census dederim largita beatos,
opes animo. queritor iam Seras avaros
tum spoliare nemus Clymenaeaque deesse
na nec virides satis inlacrimare sorores,
a Sidonio iam pauca rubescere tabo
ie longaevis nivibus crystalla gelari.

---

sed *Politianus*: sic (*quod fortasse potest defendi*): hic c
3 finierat ς: Emis erat: Finis erat **m** 105 vultum:
ς 107 cupit: capit *Marklandus* 111 pugui (*del.* **M**[1])
113 honores: honorem ς 118 conca 121 Huic
ic *incertum* 122 queritor *Vollmer*: queritur: querimur
edus 123 Augustum: angustum ς

huic Hermum fulvoque Tagum decurrere limo,
— nec satis ad cultus — huic Inda monilia Glaucum
Proteaque atque omnem Nereida quaerere iussi.
hanc si Thessalicos vidisses, Phoebe, per agros
erraret secura Daphne. si in litore Naxi
Theseum iuxta foret haec conspecta cubile,
Gnosida desertam profugus liquisset et Euhan.
quod nisi me longis placasset Iuno querelis,
falsus huic pennas et cornua sumeret aethrae
rector, in hanc vero cecidisset Iuppiter auro.
sed dabitur iuveni, cui tu, mea summa potestas,
nate, cupis, thalami quamvis iuga ferre secundi
saepe neget maerens. ipsam iam cedere sensi
inque vicem tepuisse viro.'
sic fata levavit
sidereos artus thalamique egressa superbum
limen Amyclaeos ad frena citavit olores.
iungit Amor laetamque vehens per nubila matrem
gemmato temone sedet. iam Thybridis arces
Iliacae: pandit nitidos domus alta penates
claraque gaudentes plauserunt limina cygni.
digna deae sedes, nitidis nec sordet ab astris.
hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum
saxa virent, hic flexus onyx et concolor alto
vena mari rupesque nitent, quis purpura saepe
Oebalis et Tyrii moderator livet aeni.
pendent innumeris fastigia nixa columnis,

---

135 Priscianus II p. 10 Hertz: 'Statius quoque huic videtur protulisse per diaeresin in primo silvarum . . . . idem in eodem: Falsus — aethrae'.

---

128 inda: uda m 129 Protheaque 131 Daphne si in *Baehrens*: dafnes in: Daphne si *Tollius* 135 pennas: pinnas *Prisciani codd. optimi* 136 vero: verso *Herzogius*: iterum *Burmannus* 142 Lymen (Ly ∼ Ir) 144 arces *an* artes *voluerit librarius, dubium est* 147 nitidis c: viridis 149 flexus: fuscus *Heinsius*: flavus *Herzogius*

robora Dalmatico lucent satiata metallo.
excludunt radios silvis demissa vetustis
frigora, perspicui vivunt in marmore fontes.
nec servat natura vices: hic Sirius alget,
bruma tepet versumque domus sibi temperat annum.
exultat visu tectisque potentis alumnae
non secus alma Venus, quam si Paphon aequore ab alto
Idaliasque domos Erycinaque templa subiret.
tunc ipsam solo reclinem adfata cubili:
'quonam hic usque sopor vacuique modestia lecti,
o mihi Laurentes inter dilecta puellas?
quis morum fideique modus? numquamne virili
summittere iugo? veniet iam tristior aetas.
exerce formam et fugientibus utere donis.
non ideo tibi tale decus vultusque superbos
meque dedi, viduos ut transmittare per annos
ceu non cara mihi. satis o nimiumque priores
despexisse procos. at enim hic tibi sanguine toto
deditus unam omnes inter miratur amatque
nec formae nec stirpis egens. nam docta per urbem
carmina qui iuvenes, quae non didicere puellae?
hunc et bissenos — sic indulgentia pergat
praesidis Ausonii — cernes attollere fasces
ante diem; certe iam nunc Cybeleia movit
limina et Euboicae carmen legit ille Sibyllae.
iamque parens Latius, cuius praenoscere mentem
fas mihi, purpureos habitus iuvenique curule
indulgebit ebur Dacasque — et gloria maior —
exuvias laurosque dabit celebrare recentes.
ergo age, iunge toros atque otia deme iuventae.
quas ego non gentes, quae non face corda iugavi?
alituum pecudumque mihi durique ferarum

---

154 demissa m: deiussa: decussa ς 157 bruma m: Ruma 164 numquamne m: -ve 169 cara ς: clara 176 Cybeleia: Phoebeia *Volckmar* movit: novit ς 180 dacasque et: Dacasque ea (haec *Otto*) *Baehrens*: Dacas quae *Gevartius* 183 iugavi ς: iugali

non renuere greges, ipsum in conubia terrae
aethera, cum pluviis rarescunt nubila, solvo.
sic rerum series mundique revertitur aetas.
unde novum Troiae decus ardentumque deorum
raptorem, Phrygio si non ego iuncta marito,
Lydius unde meos iterasset Thybris Iulos?
quis septemgeminae posuisset moenia Romae
imperii Latiale caput, nisi Dardana furto
cepisset Martem, nec me prohibente, sacerdos?'
his mulcet dictis tacitaeque inspirat honorem
conubii. redeunt animo iam dona precesque
et lacrimae vigilesque viri prope limina questus,
Asteris et vatis totam cantata per urbem,
Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu,
quantum non clamatus Hylas. iamque aspera coepit
flectere corda libens et iam sibi dura videri.
macte toris, Latios inter placidissime vates,
quod durum permensus iter coeptique laboris
prendisti portus. nitidae sic transfuga Pisae
amnis in externos longe flammatus amores
flumina demerso trahit intemerata canali,
donec Sicanios tandem prolatus anhelo
ore bibat fontes; miratur dulcia Nais
oscula nec credit pelago venisse maritum.
quis tibi tunc alacri caelestum in munere claro,
Stella, dies, quanto salierunt pectora voto,
dulcia cum dominae dexter conubia vultus
adnuit! ire polo nitidosque errare per axes
visus. Amyclaeis minus exultavit harenis
pastor ad Idaeas Helena veniente carinas;

---

190 thibris (b *ex* h m) 191 quis ς: Qui septem geminae 192 nisi ς: si: ni *Baehrens* 194 tacitaeque *Vollmer*: tacitoque: taciteque *Otto*: tacitumque ς 196 limina ς: lumina 199 aspera m: asperit 203 Prendisti (e *ex* o M[1]) nitidae ς: nitiade: tumidae ς 204 amnis ς: Annus 211 caelestum in (en *Baehrens*) munere: caelestum munere ς 212 Adnuit: Annuit m

'hessala nec talem viderunt Pelea Tempe,
um Thetin Haemoniis Chiron accedere terris
recto prospexit equo. quam longa morantur
idera! quam segnis votis Aurora mariti!
at procul ut Stellae thalamos sensere parari
.etous vatum pater et Semeleius Euhan,
ıic movet Ortygia, ⟨movet⟩ hic rapida agmina Nysa.
ıuic Lycii montes gelidaeque umbracula Thymbrae
t Parnasis hiems, illi Pangaea resultant
smaraque et quondam genialis litora Naxi.
unc caras iniere fores comitique canoro
ıic chelyn, hic flavam maculoso nebrida tergo,
ıic thyrsos, hic plectra ferunt; hic enthea lauro
empora, Minoa crinem premit ille corona.
vixdum emissa dies, et iam socialia praesto
ımina, iam festa fervet domus utraque pompa.
'ronde virent postes, effulgent compita flammis,
t pars immensae gaudet celeberrima Romae.
ımnis honos, cuncti veniunt ad limina fasces,
ımnis plebeio teritur praetexta tumultu:
ıinc eques, hinc iuvenum questus, stola mixta laborat.
'elices utrosque vocant, sed in agmine plures
nvidere viro. iamdudum poste reclinis
ıuaerit Hymen thalamis intactum dicere carmen,
ıuo vatem mulcere queat. dat Iuno verenda
'incula et insigni geminat Concordia taeda.
ıic fuit ille dies: noctem canat ipse maritus!
ıuantum nosse licet, sic victa sopore doloso

---

215 pelea **m**: palea 216 thetin **m**: thean 219 at ς: ıc 220 Lethous: Lathous **m** 221 movet ς: *om.*: celer **m** *n mg.* 223 Parnasis hiems *Schwartzius*: Parnasis honos *quod defendit Buecheler*) 231 effulgent *Marklandus*: et ulgent: ecfulgent *Baehrens* 234 plebeio ς: phebeio ter- itur 235 iuvenum questus hasta (*del.* M^1): iuvenum coetu *Bernartius*: coetus *Marklandus* 237 reclinis M^2 (m?): reclivis 240 insigni geminat c. taeda: insignis geminat C. taeda *Parrhasius*: insignis geminat C. taedas *Boxhornius* 42 nosse ς: nosce

Martia fluminea posuit latus Ilia ripa;
non talis niveos tinxit Lavinia vultus,
cum Turno spectante rubet; non Claudia talis
respexit populos mota iam virgo carina.
    nunc opus, Aonidum comites tripodumque ministri,
diversis certare modis: eat enthea vittis
atque hederis redimita cohors, ut pollet ovanti
quisque lyra. sed praecipui, qui nobile gressu
extremo fraudatis opus, date carmina festis
digna toris. hunc ipse Coo plaudente Philetas
Callimachusque senex Umbroque Propertius antro
ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis divesque foco lucente Tibullus.
    me certe non unus amor simplexque canendi
causa trahit: tecum similes iunctaeque Camenae,
Stella, mihi, multumque pares bacchamur ad aras
et sociam doctis haurimus ab amnibus undam;
at te nascentem gremio mea prima recepit
Parthenope, dulcisque solo tu gloria nostro
reptasti. nitidum consurgat ad aethera tellus
Eubois et pulchra tumeat Sebethos alumna;
nec sibi sulpureis Lucrinae Naides antris
nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.
    heia age, praeclaros Latio properate nepotes,
qui leges, qui castra legant, qui carmina ludant.
acceleret partu decimum bona Cynthia mensem,
sed parcat Lucina precor; tuque ipse parenti
parce, puer, ne mollem uterum, ne stantia laedas
pectora; cumque tuos tacito natura recessu
formarit vultus, multum de patre decoris,
plus de matre feras. at tu, pulcherrima forma
Italidum, tandem merito possessa marito,

---

244 tinxit *Guyetus*: strinxit   250 praecipui: praecipue ς   252 choo   philytes   253 antro: arvo *Cluverius*   255 thomis   foco (f *in ras. ex* v M[1])   262 nitidum ς: uındum   267 legant: regant *Politianus*   271 natura: nativa m   272 Formarit: formabit *Baehrens*   273 at ς: ac

vincla diu quaesita fove: sic damna decoris
nulla tibi; longe viridis sic flore iuventae
perdurent vultus, tardeque haec forma senescat.

III.

VILLA TIBURTINA MANILII VOPISCI.

Cernere facundi Tibur glaciale Vopisci
si quis et inserto geminos Aniene penates
aut potuit sociae commercia noscere ripae
certantisque sibi dominum defendere villas,
illum nec calido latravit Sirius astro,
nec gravis aspexit Nemeae frondentis alumnus:
talis hiems tectis, frangunt sic improba solem
frigora, Pisaeumque domus non aestuat annum.
ipsa manu tenera tecum scripsisse Voluptas
. . . .
tunc Venus Idaliis unxit fastigia sucis
permulsitque comis blandumque reliquit honorem
sedibus, et volucres vetuit discedere natos.
o longum memoranda dies! quae mente reporto
gaudia, quam lassos per tot miracula visus!
ingenium quam mite solo! quae forma beatis
ante manus artemque locis! non largius usquam
indulsit Natura sibi. nemora alta citatis
incubuere vadis; fallax responsat imago
frondibus, et longas eadem fugit umbra per undas.
ipse Anien — miranda fides — infraque superque
saxeus hic tumidam rabiem spumosaque ponit
murmura, ceu placidi veritus turbare Vopisci

III. VILLA · TIBVRTINA · M · ANILII · VOPISCI · 2 inserto **M**: insertos 9 tecum scripsisse: te vult scripsisse *Krohnius*: tectum inscripsitne *Wachsmuthius, cf. praef.; nulla lacuna in* **M**, *quam statuit Schwartzius:* te conscripsisse *Leo* 11 reliquit **M**[1](?): relinquit 14 lassos: lassus *Heinsius* 16 ante *Bursianus*: arte 20 ipse anien ς: Ipsa autem

Pieriosque dies et habentes carmina somnos.
litus utrumque domi, nec te mitissimus amnis
dividit. alternas servant praetoria ripas,
non externa sibi fluviorum opstare queruntur.
Sestiacos nunc Fama sinus pelagusque natatum
iactet et audaci victos delphinas ephebo!
hic aeterna quies, nullis hic iura procellis,
numquam fervor aquis. datur hic transmittere visus
et voces et paene manus. sic Chalcida fluctus
expellunt reflui, sic dissociata profundo
Bruttia Sicanium circumspicit ora Pelorum.
quid primum mediumve canam, quo fine quiescam?
auratasne trabes an Mauros undique postes
an picturata lucentia marmora vena
mirer, an emissas per cuncta cubilia nymphas?
huc oculis, huc mente trahor. venerabile dicam
lucorum senium? te, quae vada fluminis infra
cernis, an ad silvas quae respicis, aula, tacentis,
qua tibi tota quies offensaque turbine nullo
nox silet et pigros imitantia murmura somnos?
an quae graminea suscepta crepidine fumant
balnea et impositum ripis algentibus ignem?
quaque vaporiferis iunctus fornacibus amnis
ridet anhelantes vicino flumine nymphas?
vidi artes veterumque manus variisque metalla

---

23 habentes: alentes *Heinsius* 24 domi: domus *cum Lipsio Baehrens; locus multimodis, sed frustra vexatus* 25 servant: ornant *Marklandus* 26 fluviorum optare (obstare ς): fluvio se (*sive* te *nempe Vopiscum*) optare *Krohnius* 27 Sestiacos m: Sesciacos 31 *et* 32 sic: sed *Leo* 31 calchida expellunt reflui (refugi *Cruceus*: flavi *Baehrens*: dubii *Bischofskyus*) *Lindenbrogius*: expellunt fluvii: et pellunt Aulim *Vahlenus*: expellentem Aulin *Schwartzius* 34 requiescam 35 Auratasne m: Auratasve 41 tota: tuta *Politianus*: muta *Lenzius* 42 nox ς: Mox pigros *Peyraredus*: nigros imitantia (*sic vel* mutantia): simulantia *Polster* 44 ripis: rivis *Baehrens* 45 quaque: quasque *Polster*: quique *Marklandus*

a modis. labor est auri memorare figuras
t ebur aut dignas digitis contingere gemmas,
icquid et argento primum, vel in aere minori
it et enormes manus est experta colossos.
n vagor aspectu visusque per omnia duco,
cabam necopinus opes. nam splendor ab alto
luus et nitidum referentes aera testae
nstravere solum, varias ubi picta per artes
udet humus superatque novis asarota figuris:
pavere gradus.
quid nunc iungentia mirer
t quid partitis distantia tecta trichoris?
id te, quae mediis servata penatibus arbor
ta per et postes liquidas emergis in auras,
o non sub domino saevas passura bipennes?
nunc ignaro forsan vel lubrica Nais
l non abruptos tibi demet Hamadryas annos.
quid referam alternas gemino super aggere mensas
entesque lacus altosque in gurgite fontes
ue, per obliquum penitus quae laberis amnem,
rcia, et audaci transcurris flumina plumbo?
solum Ioniis sub fluctibus Elidis amnem
lcis ad Aetnaeos deducat semita portus?
c ipse antris Anien et fonte relicto
cte sub arcana glaucos exutus amictus
c illuc fragili prosternit pectora musco,
t ingens in stagna cadit vitreasque natatu
audit aquas. illa recubat Tiburnus in umbra,
ic sulpureos cupit Albula mergere crines;
ec domus Egeriae nemoralem abiungere Phoeben

48 modis labor **M**[1]: labor modis 57 iungentia c: in- ncia 60 tecta ϛ: Testa 62 Et: at *Gronovius* ignaro *il.* domino *abl.*): ignoro *Politianus*: ignarae *Heinsius* tibi ϛ: ubi demet: debet *Heinsius* 70 illic ipse antris ien et f. r. *Krohnius*: Illis ipse antris anienem (Anienus ϛ *lgo*) f. r. 71 arcana ϛ: artano: arcano m 76 egeriae: eria *Handius* abiungere ϛ: adiungere

et Dryadum viduare choris algentia possit
Taygeta et silvis accersere Pana Lycaeis.
quod ni templa darent alias Tirynthia sortes,
et Praenestinae poterant migrare sorores.
quid bifera Alcinoi laudem pomaria vosque,
qui numquam vacui prodistis in aethera, rami?
  cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
iugera Lucrinaeque domus litusque cruenti
Antiphatae, cedant vitreae iuga perfida Circes
Dulichiis ululata lupis arcesque superbae
Anxyris et sedes, Phrygio quas mitis alumno
debet anus; cedant, quae te iam solibus artis
avia nimbosa revocabunt litora bruma.
  scilicet hic illi meditantur pondera mores,
hic premitur fecunda quies virtusque serena
fronte gravis sanusque nitor luxuque carentes
deliciae, quas ipse suis digressus Athenis
mallet deserto senior Gargettius horto;
haec per et Aegaeas hiemes Hyadumque nivosum
sidus et Oleniis dignum petiisse sub astris,
si Maleae credenda ratis Siculosque per aestus
sit via: cur oculis sordet vicina voluptas?
hic tua Tiburtes Faunos chelys et iuvat ipsum
Alciden dictumque lyra maiore Catillum,
seu tibi Pindaricis animus contendere plectris
sive chelyn tollas heroa ad robora sive
liventem satiram nigra rubigine turbes
seu tua non alia splendescat epistola cura.

---

78 Taygeta **m**: Targeta lyceis (∼ breis) 85 uicreae 86 Duluchiis artesque 87 Anxyris: Anxuris **m** 89 avia Antia *Marklandus*: Alsia *Krohnius*: Daunia *Heinsius* 92 sanusque nitor ς: sanusque genitor 93 Diliciae 94 Gargetius **c**: gargeticus (*cf. II 2, 113*) 95 aegeas **M**¹ aegras Hyadumque *Heinsius*: plyadumque 96 peciisse pecus isse **m** *in mg.* 98 Voluptas (*ut sit nomen villae*) *Krohnius* 102 tollas *Politianus*: tollis: tolles ς *Wachsmuthius* 103 rubigine turbes: rubigine turpes (vibres *Scriverius* *Gevartius*: lolligine tinges *Wachsmuthius* 104 alia: alt

digne Midae Croesique bonis et Perside gaza,
macte bonis animi, cuius stagnantia rura
debuit et flavis Hermus transcurrere ripis
et limo splendente Tagus! sic docta frequentes
otia, sic omni detectus pectora nube
finem Nestoreae precor egrediare senectae.

IV.

SOTERIA RUTILI GALLICI.

Estis, io, superi, nec inexorabile Clotho
volvit opus, videt alma pios Astraea Iovique
conciliata redit dubitataque sidera cernit
Gallicus. es caelo, dives Germanice, cordi
— quis neget? —: erubuit tanto spoliare ministro
imperium Fortuna tuum. stat proxima cervix
ponderis immensi damnosaque fila senectae
exuit atque alios melior revirescit in annos.
ergo alacres, quae signa colunt urbana, cohortes
inque sinum quae saepe tuum fora turbida questum
confugiunt, leges urbesque ubicumque togatae,
quae tua longinquis implorant iura querelis,
certant laetitia, nosterque ex ordine collis
confremat et sileant peioris murmura famae!
quippe manet longumque aevo redeunte manebit,
quem penes intrepidae mitis custodia Romae.

Lindenbrogius 107 ripis: rivis *Bischofskyus* 108 splendente (l *supra v. add.* M²? m?) 109 detectus: detersus *Heinsius*

IV. SOTERIA · RVTVLI · GALLICI 1 cloto m: eloto 3 redit m: radit: cadit ς 4 es ς: et dives: dis es ς 6 tuum m: tuā 9 cohortes m: chohortes 10 questum *Marklandus*: questu 11 togatae ς: rogatae 13 Certant: certent ς *vulgo* nosteque (nosterque ς) ex ordine collis | Confremat: vos terque (aeque *Nohlius*) ex ordine colles confremite *Imhofius* 15 manet ς: manent

nec tantum induerint fatis nova saecula crimen
aut instaurati peccaverit ara Tarenti.
ast ego nec Phoebum, quamquam mihi surda sine illo
plectra, nec Aonias decima cum Pallade divas
aut mitem Tegeae Dircesve hortabor alumnum:
ipse veni viresque novas animumque ministra,
qui caneris; docto nec enim sine numine tantus
Ausoniae decora ampla togae centumque dedisti
iudicium mentemque viris. licet enthea vatis
excludat Piplea sitim nec conscia detur
Pirene: largos potius mihi gurges in haustus,
qui rapitur de fonte tuo, seu plana solutis
quom struis orsa modis seu quom tibi dulcis in artem
frangitur et nostras curat facundia leges.
quare age, si Cereri sua dona merumque Lyaeo
reddimus et dives praedae tamen accipit omni
exuvias Diana tholo captivaque tela
Bellipotens: nec tu, quando tibi, Gallice, maius
eloquium, fandique opibus sublimis abundas,
sperne coli tenuiore lyra. vaga cingitur astris
luna, et in oceanum rivi cecidere minores.
quae tibi sollicitus persolvit praemia morum
Urbis amor! quae tum patrumque equitumque notavi
lumina et ignarae plebis lugere potentes?
non labente Numa timuit sic Curia felix
Pompeio nec celsus eques nec femina Bruto.
hoc· illud: tristis invitum audire catenas,
parcere verberibus nec qua iubet alta potestas

---

17 induerint: indiderint *Morellius* 18 Aut M^1: Haut Tarenti: Terenti ς 23 qui ς: quis tantus: tantis *Hirschfeldius* 24 togae **m**: rogae centumque: certumque *Hirschfeldius* 25 vatis: vati *Heinsius* 26 piplea: Pimplea **c** *vulgo* 27 potius: potior *Nic. Faber* haustus (*prius* u *supra v.* M^1) 29 quom struis **c**: Cui struis: Cuōstruis **m** (con **m** *in mg.*) quom **m** *in mg.*: quam artem: artum *Barthius* 34 quando: quamquam *Heinsius et Bentleius* 37 rivi M^1: rivii 41 timuit sic curia felix: maduit (tumuit ς) sic curia fletu *Heinsius* *44 verberibus* (*alterum* b *ex* ſ M^1)

ire, sed armatas multum sibi demere vires
dignarique manus humilis et verba precantum,
reddere iura foro nec proturbare curules
et ferrum mulcere toga. sic itur in alta
pectora, sic mixto reverentia fidit amore.
ipsa etiam cunctos gravis inclementia fati
terruit et subiti praeceps iuvenile pericli,
nil cunctante malo. non illud culpa senectae
— quippe ea bissenis vixdum orsa excedere lustris —,
sed labor intendens animique in membra vigentis
imperium vigilesque suo pro Caesare curae,
dulce opus. hinc fessos penitus subrepsit in artus
insidiosa quies et pigra oblivio vitae.
tunc deus, Alpini qui iuxta culmina dorsi
signat Apollineos sancto cognomine lucos,
respicit heu tanti pridem securus alumni.
praegressusque moras: 'nunc mecum, Epidauria proles,
hinc' ait 'i gaudens: datur — aggredienda facultas! —
ingentem recreare virum. teneamus adorti
— tendatis iam fila! — colos; ne fulminis atri
sit metus: has ultro laudabit Iuppiter artes.
nam neque plebeiam aut dextro sine numine cretam
servo animam. atque adeo breviter, dum tecta subimus,
expediam. genus ipse suis permissaque retro
nobilitas; nec origo latet, sed luce sequente
vincitur et magno gaudet cessisse nepoti.
prima togae virtus illi quoque: clarus et ingens

---

45 sed **M**[2] (?): sec 49 fidit amore *Krohnius*: fidit amori: sidit amore *Bentleius* 55 vigilisque — curae dulce opus *Gronovius* 59 apollineos s̄c̄ō: Apollineo sanctos *Marklandus* 60 pridem ς: precidem: pretium **m** *in mg.* 61 praegressusque **m**: Progressusque nunc mecum e. p. hinc **m**: hunc mecum e. p. hinc: hunc mecum E. p. hunc *Vollmer* epidaurea 62 ait i *Bursianus*: alti: ait en *Heinsius* *interpunxi cum Krohnio* 64 ne: nec **m** 65 laudabit ς: laudavit 66 plebeiam ς: phebeiam 67 atque adeo breviter **m**: adeo breviter atque 69 nobilitas: nobilitat *Sandstroemius* (*cl. Apoll. c. 7, 162*) *qui* praemissaque *cum* ς

eloquio; mox innumeris exercita castris
occiduas primasque domos et sole sub omni
permeruit iurata manus nec in otia pacis
permissum laxare animos ferrumque recingi.
hunc Galatea vigens ausa est incessere bello
— me quoque — perque novem timuit Pamphylia messes
Pannoniusque ferox arcuque horrenda fugaci
Armenia et patiens Latii iam pontis Araxes.
quid geminos fasces magnaeque iterata revolvam
iura Asiae? velit illa quidem ter habere quaterque
hunc sibi, sed revocant fasti maiorque curulis
nec permissa semel. Libyci quid mira tributi
obsequia et missum media de pace triumphum
laudem et opes? tantas nec qui mandaverat ausus
expectare fuit * * * * * * * * * *
attollam cantu: gaudet Thrasymennus et Alpes
Cannensesque animae; primusque insigne tributum
ipse palam laeta poscebat Regulus umbra.
non vacat Arctoas acies Rhenumque rebellem
captivaeque preces Veledae et, quae maxima nuper
gloria, depositam Dacis pereuntibus Urbem
pandere, cum tanti lectus rectoris habenas,
Gallice, Fortuna non admirante subisti.
hunc igitur, si digna loquor, rapiemus iniquo,
nate, Ioui. rogat hoc Latiae pater inclitus urbis
et meruit; neque enim frustra mihi nuper honora
carmina patricio pueri sonuistis in ostro.

---

72 exercita **m**: exercitia 73 occiduae primaeque domus *Guyetus* 75 retingi 77 Me quoque: mox quoque *Krohnius*: hunc quoque **c** perque **m**: per pamphilia fugaci (*hoc del. et exp.* **M**^{1}) messes 80 revolvam (l *ex* s **M**^{1}) 83 permissa *Heinsius*: promissa 86 *et* 86^a attollam cantu *nullo lacunae indicio om. vulgo*: Expectare fuit gaudet thrasymennus et alpes Attollam cantu gaudet thrasymennus et alpes 88 laeta: lacera ς *vulgo* poscebat: noscebat *Baehrens* 90 Veledae ς: vel dae (*cf.* id alios III 4, 21; Ante palla die I 1, 5; Sal magis I 5, 21 *al.*) 92 lectus: lectu *Bernartius* 94 hunc ς: Nunc rapiemus: rapiamus ς 95 urbis (s *ex* l **M**^{1}) 97 sonuistis

si qua salutifero gemini Chironis in antro
herba, tholo quodcumque tibi Troiana recondit
Pergamus aut medicis felix Epidaurus harenis
educat, Idaea profert quam Creta sub umbra
dictamni florentis opem, quoque anguis abundat
spumatu: iungam ipse manus atque omne benigne
virus, odoriferis Arabum quod doctus in arvis
aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsit.'
dixerat. inveniunt positos iam segniter artus
pugnantemque animam; ritu se cingit uterque
Paeonio monstrantque simul parentque volentes,
donec letiferas vario medicamine pestes
et suspecta mali ruperunt nubila somni.
adiuvat ipse deos morboque valentior omni
occupat auxilium. citius non arte refectus
Telephus Haemonia, nec quae metuentis Atridae
saeva Machaonio coierunt vulnera suco.
quis mihi tot coetus inter populique patrumque
sit curae votique locus? tamen ardua testor
sidera teque, pater vatum Thymbraee, quis omni
luce mihi, quis nocte timor, dum postibus haerens
assiduus nunc aure vigil nunc lumine cuncta
aucupor; immensae veluti conexa carinae
cumba minor, cum saevit hiems, pro parte furentis
parva receptat aquas et eodem volvitur austro.
nectite nunc laetae candentia fila, sorores,
nectite! nemo modum transmissi computet aevi:
hic vitae natalis erit. tu Troica dignus

(s *finale supra v. add.* m) 99 Herba m: Verba quodcumque: quamcumque *Barthius*: quocumque ς 103 benigne: benignum *Lindenbrogius* 105 carpsit: carpsi ς *vulgo* 108 Paeonio ς: Poeonio (o *medium add. supra v.* m) 110 ruperunt m: rupuerunt: rapuerunt ς 112 arte ς: aste 113 nec quae ς: nequae 115 coetus: questus *Marklandus* 116 sit ς: Sic 117 tymbree omni ς: omnis 118 haerens ς: haeret 120 aucupor *Heinsius*: Auguror cōnexa (˜ *num sit primae manus, admodum dubium est*) 121 cumba: cymba m

saecula et Euboici transcendere pulveris annos
Nestoreosque situs! qua nunc tibi pauper acerra
digna litem? nec si vacuet Mevania valles
aut praestent niveos Clitumna novalia tauros,
sufficiam. sed saepe deis hos inter honores
caespes et exiguo placuerunt farra salino.

V.

BALNEUM CLAUDII ETRUSCI.

Non Helicona gravi pulsat chelys enthea plectro,
nec lassata voco totiens mihi numina, Musas;
et te, Phoebe, choris et te dimittimus, Euhan,
tu quoque muta ferae, volucer Tegeaee, sonorae
terga premas: alios poscunt mea carmina coetus.
Naidas, undarum dominas, regemque corusci
ignis adhuc fessum Siculaque incude rubentem
elicuisse satis. paulum arma nocentia, Thebae,
ponite: dilecto volo lascivire sodali.
iunge, puer, cyathos, †et enumerare labora
cunctantemque intende chelyn; discede Laborque
Curaque, dum nitidis canimus gemmantia saxis
balnea dumque procax vittis hederisque, soluta
fronde verecunda, Clio mea ludit Etrusco.
ite, deae virides, liquidosque advertite vultus
et vitreum teneris crinem redimite corymbis,
veste nihil tectae, quales emergitis altis

V. BALNEVM · CLAVDII · ETRVSCI 3 dimittimus ‡ (*del. et exp.* $\mathbf{M}^1$) 4 Tegeaee sonorae ς: tegees honore 10 cyato et (et *exp. et* atque *supra v. add.* **m**) enumerare: c. sec (i, *Krohnius*) ne numerare *Scriverius*: octo numerare *Sandstroemius; an* c. septem numerare (*cf. Friedländer ad Mar VIII 51, 21*)? 11 incende 14 fronde verecunda *Baehren et Vollmer*: fronde verecundo: fronte, verecundo ς 15 ad vertite ς: avertite 16 redimite **m**: redeunte 17 nih tecta (*del.* $\mathbf{M}^1$) nihil (*ex* nichil $\mathbf{M}^1$)

fontibus et visu Satyros torquetis amantes.
non vos, quae culpa decus infamastis aquarum,
sollicitare iuvat; procul hinc et fonte doloso
Salmacis et viduae Cebrenidos arida luctu
flumina et Herculei praedatrix cedat alumni.
vos mihi, quae Latium septenaque culmina, nymphae,
incolitis Thybrimque novis attollitis undis,
quas praeceps Anien atque exceptura natatus
Virgo iuvat Marsasque nives et frigora ducens
Marcia, praecelsis quarum vaga molibus unda
crescit et innumero pendens transmittitur arcu —:
vestrum opus aggredimur, vestra est, quam carmine molli
pando, domus. non umquam aliis habitastis in antris
ditius. ipsa manus tenuit Cytherea mariti
monstravitque artes; neu vilis flamma caminos
ureret, ipsa faces volucrum succendit Amorum.
non huc admissae Thasos aut undosa Carystos,
maeret onyx longe, queriturque exclusus ophites:
sola nitet flavis Nomadum decisa metallis
purpura, sola cavo Phrygiae quam Synnados antro
ipse cruentavit maculis lucentibus Attis,
cumque Tyri niveas secat et Sidonia rupes.
vix locus Eurotae, viridis cum regula longo
Synnada distinctu variat. non limina cessant,
effulgent camerae, vario fastigia vitro
in species animosque nitent. stupet ipse beatas
circumplexus opes et parcius imperat ignis.
multus ubique dies, radiis ubi culmina totis

21 Salmacis m: Sal magis (*cf. I 4, 90*) Cebrenidos ς: crebre cuidos 29 molli ς: nulli *an* molli *voluerit librarius, non liquet; certe in archetypo codicis* **M** molli *fuit ita ut litterae* o *et* l *fere coirent* 30 habitascis 34 Non *inter scribendum* **M**[1]: Noti charistos 35 oficis 38 lucentibus: liventibus *Politianus, Marklandus* (*cl. Apoll. Sid. c. 22, 137*) 39 cumque Tyri *Vollmer*: Quoque tiri: quasque Tyrus c 41 distinctu ς: distinctum limina: lumina ς 43 animosque ς: animoque: auroque *Queckius*

perforat atque alio sol improbus uritur aestu.
nil ibi plebeium; nusquam Temesaea notabis
aera, sed argento felix propellitur unda
argentoque cadit labrisque nitentibus instat
delicias mirata suas et abire recusat.
extra autem niveo qui margine caerulus amnis
vivit et in fundum summa patet omnis ab unda,
cui non ire lacu pigrosque exsolvere amictus
suadeat? hoc mallet nasci Cytherea profundo,
hic te perspicuum melius, Narcisse, videres,
hic velox Hecate velit et deprensa lavari.
quid nunc strata solo referam tabulata crepantis
auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat
aedibus et tenuem volvunt hypocausta vaporem?
nec si Baianis veniat novus hospes ab oris,
talia despiciet — fas sit componere magnis
parva — Neronea nec qui modo lotus in unda,
hic iterum sudare neget. macte, oro, nitenti
ingenio curaque puer! tecum ista senescant
et tua iam melius discat fortuna renasci!

VI.

KALENDAE DECEMBRES.

Et Phoebus pater et severa Pallas
et Musae procul ite feriatae:
Iani vos revocabimus Kalendis.
Saturnus mihi compede exsoluta
et multo gravidus mero December

47 Temesaea ς: teuinessa 52 in fundum summa pat[...] omnis ab unda *Krohnius*: in fundum summo patet omnis [...] imo: in summum fundo patet omnis ab imo ς 53 exsolve[...] (l *ex* s m?) 54 mallet m: mollet 56 echate 57 tabulat[...] tubulata *W. A. Becker* 58 pilas (y *ex* i *fecit* m) 59 yp[...] causta (ᒥ *super* y *add.* m) 61 dispiciet: despiciat ς
VI. 3 Iam

et ridens Iocus et Sales protervi
adsint, dum refero diem beatum
laeti Caesaris ebriamque †parcen.
    vix Aurora novos movebat ortus,
iam bellaria linea pluebant
— hunc rorem veniens profudit eurus —:
quicquid nobile Ponticis nucetis,
fecundis cadit aut iugis Idymes;
quod ramis pia germinat Damascos,
et quod percoquit †aebosia Caunos,
largis gratuitum cadit rapinis;
molles gaioli lucuntulique,
et massis Amerina non perustis
et mustaceus et latente palma
praegnates caryotides cadebant.
non tantis Hyas inserena nimbis
terras obruit aut soluta Plias,
qualis per cuneos hiems Latinos
plebem grandine contudit serena.
ducat nubila Iuppiter per orbem
et latis pluvias minetur agris,
dum nostri Iovis hi ferantur imbres.
    ecce autem caveas subit per omnis
insignis specie, decora cultu

---

8 parcen: *locus desperatissimus*: noctem *Ric. Thomsonus*: heorten *Krohnius et Saftienus*: pacem ς, *alii alia* 9 movebat **m**: vovebat 10 bellaria ς: vellaria linea (∼ borea) 11 profudit (t *add. supra v.* **m**) ł eous **M**[1] *in mg.* 12 Quitquid 13 idymes: hidumes **m** 15 quod ς: quo aebosia caunos: aestuosa (ebriosa *Waller*) Caunos *Imhofius*: Ebosea Caunos *cum alii tum Vollmer*: arbor Inda cannas *Ellisius* 16 cadit ς: cadet 17 gaioli: caseoli ς luguntulique 18 massis: passis *D. Heinsius* perustis ς: perustus 19 muscaceus 20 Praegnates: praegnantes *vulgo* caryotides ς: caria^{ti}des 23 qualis: quali *Marklandus* 24 contudit ς *Krohnius*: concudit: concutit ς serena *Heinsius*: serenam 26 latis: laetis *Morellius* 27 hi: hic *Wachsmuthius* 29 specie ς: species

plebes altera non minor sedente.
hi panaria candidasque mappas
subvectant epulasque lautiores;
illi marcida vina largiuntur:
Idaeos totidem putes ministros.
orbem, qua melior severiorque est,
et gentes alis insemel togatas
et cum tot populos beata pascas,
hunc, Annona, diem superba nescis.
i nunc saecula compara, Vetustas,
antiqui Iovis aureumque tempus:
non sic libera vina tunc fluebant
nec tardum seges occupabat annum.
una vescitur omnis ordo mensa,
parvi, femina, plebs, eques, senatus:
libertas reverentiam remisit.
et tu quin etiam — quis hoc vocari,
quis promittere possit hoc deorum? —
nobiscum socias dapes inisti.
iam se, quisquis is est inops, beatus
convivam ducis esse gloriatur.
  hos inter fremitus novosque luxus
spectandi levis effugit voluptas:
stat sexus rudis insciusque ferri;
ut pugnas capit improbus viriles!
credas ad Tanain ferumque Phasim
Thermodontiacas calere turmas.
hic audax subit ordo pumilorum,
quos natura brevis statim peracta

---

36 insemel: insimul ς 37 beata: beate *Hessius et Lafayus* (*servato quod est v. 38* nescit) 38 nescis ς: nescit 41 libera: ubera *Cornelissenus* (*sed cf. Petr. 26* liberae cenae) 46 vocari *Ettigius*: vocare: rogare ς 52 *cf. adn. ad v. 96* spectandi: spectanti *Heinsius* 55 tanain: tanaim m ferumque m: ferrumque 57 Hic: hinc *Gronovius*: his *Bernartius* Pumili đnr et pumiliones m *in mg.*

nodosum semel in globum ligavit.
edunt vulnera conseruntque dextras
et mortem sibi — qua manu! — minantur.
ridet Mars pater et cruenta Virtus
casuraeque vagis grues rapinis
mirantur pugiles ferociores.

iam noctis propioribus sub umbris
dives sparsio quos agit tumultus!
hic intrant faciles emi puellae,
hic agnoscitur omne, quod theatris
aut forma placet aut probatur arte.
hoc plaudunt grege Lydiae tumentes,
illic cymbala tinnulaeque Gades,
illic agmina confremunt Syrorum,
hic plebs scenica quique comminutis
permutant vitreis gregale sulpur.

inter quae subito cadunt volatu
immensae volucrum per astra nubes,
quas Nilus sacer horridusque Phasis,
quas udo Numidae legunt sub austro.
desunt qui rapiant sinusque pleni
gaudent, dum nova lucra comparantur.
tollunt innumeras ad astra voces
Saturnalia principis sonantes
et dulci dominum favore clamant:
hoc solum vetuit licere Caesar.

vixdum caerula nox subibat orbem,
descendit media nitens harena
densas flammeus orbis inter umbras
vincens Gnosiacae facem coronae.

---

59 in globum m: inglolum 61 qua *Avantius*: quam 4 pugiles *Wachsmuthius et Friederichius*: pumilos 66 *Bran-lesius post v.* 78 *collocari iubet* 70 tumentes ς: timentes 5 quae: quos *Stangius* *post v.* 77 *talem fere versum inter-idisse coniecit Wachsmuthius:* quas Ganges lavat (*sive* alit) ac alus Scytharum 84 licaere: Licere m *in mg.* 86 Descen-lit: escendit *Stangius*

conlucet polus ignibus nihilque
obscurae patitur licere nocti.
fugit pigra Quies inersque Somnus
haec cernens alias abit in urbes.
quis spectacula, quis iocos licentes,
quis convivia, quis dapes inemptas,
largi flumina quis canat Lyaei?
iam iam deficio tuoque Baccho
in serum trahor ebrius soporem.
quos ibit procul hic dies per annos!
quam nullo sacer exolescet aevo!
dum montes Latii paterque Thybris,
dum stabit tua Roma dumque terris
quod reddis Capitolium manebit.

---

95 Lyaei ς: lycei 96 tuoque Baccho ς: tuaque baccho: tuaque, Bacche *Krohnius, qui v. 52 huc inserendum censet* 100 tybris

P · PAPINI · STATII · | SILVARVM · LIBER · | PRIMVS · EXPL · INCIP · LIB · II ·

P. PAPINI STATII

S I L V A R U M

LIBER II.

STATIUS MELIORI SUO SALUTEM.

Et familiaritas nostra qua gaudeo, Melior, vir optime nec minus in iudicio litterarum quam in omni vitae colore tersissime, et ipsa opusculorum quae tibi trado condicio sic posita est ut totus hic ad te liber meus etiam sine epistola spectet. primum enim habet Glauciam nostrum, cuius gratissimam infantiam, et qualem plerumque infelices sortiuntur, apud te complexus amabam. iam non tibi ****** huius amissi recens vulnus, ut scis, epicedio prosecutus sum adeo festinanter, ut excusandam habuerim affectibus tuis celeritatem. nec nunc eam apud te iacto, qui nosti, sed et ceteris indico, ne quis asperiore lima carmen examinet et a confuso scriptum et dolenti datum, cum paene supervacua sint tarda solacia. Polli mei villa Surrentina quae sequitur, debuit a me vel in honorem eloquentiae eius diligentius dici, sed amicus ignovit. in arborem certe tuam, Melior, et psittacum scis a me leves libel-

---

8 ad te *Vollmer*: altae: alter ς 9 spectet *Baehrens* (*qui* ad te *hic inseruit*): expectet 10 gratissimam infantiam ς: gratissima infantia 12 *post* iam non tibi *lacunam statui*: iamne tibi *Krohnius*: iam vero tibi ς 15 I udico (n *supra* u *scr.* **M**^{2}) 16 nequisnequis (*alterum del.* **M**^{1}) 18 super vacua 19 honorem ς: honore 21 psittacum (*prius* t *del.* **M**^{2})

los quasi epigrammatis loco scriptos. eandem exigebat stili facilitatem leo mansuetus, quem in amphitheatro prostratum frigidum erat, sacratissimo Imperatori ni statim traderem. ad Ursum quoque nostrum, iuvenem candidissimum et sine iactura desidiae doctissimum, scriptam de amisso puero consolationem super ea quae ipsi debeo huic libro libenter inserui, quia honorem eius tibi laturus accepto. excludit volumen genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria, rarissima uxorum, cum hunc diem forte consuleremus, imputari sibi voluit. ego non potui maiorem tanti auctoris habere reverentiam quam quod laudes eius dicturus hexametros meos timui. haec qualiacumque sunt, Melior carissime, si tibi non displicuerint, a te publicum accipiant; si minus, ad me revertantur.

I.

GLAUCIAS ATEDII MELIORIS DELICATUS.

Quod tibi praerepti, Melior, solamen alumni,
improbus ante rogos et adhuc vivente favilla
ordiar? abruptis etiam nunc flebile venis
vulnus hiat, magnaeque patet via lubrica plagae.
cum iam egomet cantus et verba medentia saevus
confero, tu planctus lamentaque fortia mavis
odistique chelyn surdaque averteris aure.
intempesta cano: citius me tigris abactis

---

26 dotissimum 28 debeo ς: dehec 29 Excludit: est cludit *Madvigius* (*idem cum* ς: acceptum) 30 rarissima: carissima M[2] 33 ſeius (ſ *prius del.* M[1], *exp.* M[2])
I. 6 confero a: consero plantus mavis M[2] *in mg.*: *manus* 8 ab actis

fetibus orbatique velint audire leones.
nec si tergeminum Sicula de virgine carmen
affluat aut silvis chelys intellecta ferisque,
mulceat insanos gemitus. stat pectore demens
luctus et admoto latrant praecordia tactu.
  nemo vetat: satiare malis aegrumque dolorem
libertate doma. iam flendi expleta voluptas
iamque preces fessus non indignaris amicas?
iamne canam? lacrimis en et mea carmine in ipso
ora natant tristesque cadunt in verba liturae.
ipse etenim tecum nigrae solemnia pompae
spectatumque Urbi scelus et puerile feretrum
produxi, saevos damnati turis acervos
plorantemque animam supra sua funera vidi,
teque patrum gemitus superantem et brachia matrum
complexumque rogos ignemque haurire parantem
vix tenui similis comes offendique tenendo.
et nunc, heu, vittis et frontis honore soluto
infaustus vates versa mea pectora tecum
plango lyra, sed tu comitem sociumque doloris,
si merui luctusque tui consortia sensi,
iam lenis patiare precor. me fulmine in ipso
audivere patres, ego iuxta busta profusis
matribus atque piis cecini solacia natis
et mihi, cum proprios gemerem defectus ad ignes
— quem, Natura! — patrem. nec te lugere severus
arceo, sed confer gemitus pariterque fleamus.
  iamdudum dignos aditus laudumque tuarum,
o merito dilecte puer, primordia quaerens
distrahor. hinc anni stantes in limine vitae,

---

11 aut ς: ut 16 Iamque: iamne c 17 carmine in ipso ora *Friederichius*: carmina in ipso | Ore 21 damnati ς: damnat 27 tecunn (*ultimam hastam exp.* M[1]) 28 sed tu *Vollmer*: et diu: at diri ς: en duri *Marklandus* 30 me ς: iam 32 atque m: at 33 defectus: deiectus *Waller* 34 nec te m: nec tu 38 hinc M[2]: huic limine m *in mg.*: lumine

hinc me forma rapit, rapit inde modestia praecox
et pudor et tenero probitas maturior aevo.
o ubi purpureo suffusus sanguine candor
sidereique orbes radiataque lumina caelo
et castigatae collecta modestia frontis
ingenuique super crines mollisque decorae
margo comae? blandis ubinam ora arguta querelis
osculaque impliciti vernos redolentia flores
et mixtae risu lacrimae penitusque loquentis
Hyblaeis vox mixta favis? cui sibila serpens
poneret et saevae vellent servire novercae.
nil veris adfingo bonis. heu lactea colla
brachiaque ⟨et⟩ numquam domini sine pondere cervix!
o ubi venturae spes non longinqua iuventae
atque genis optatus honos iurataque multum
barba tibi? cuncta in cineres gravis intulit hora
hostilisque dies: nobis meminisse relictum.
quis tua colloquiis hilaris mulcebit amatis
pectora? quis curas mentisque arcana remittet?
accensum quis bile fera famulisque tumentem
leniet ardentique in se deflectet ab ira?
inceptas quis ab ore dapes libataque vina
auferet et dulci turbabit cuncta rapina?
quis matutinos abrumpet murmure somnos
impositus stratis abitusque morabitur artis
nexibus atque ipso revocabit ad oscula poste?
obvius intranti rursus quis in ora manusque
prosiliet brevibusque umeros circumdabit ulnis?
muta domus, fateor, desolatique penates,
et situs in thalamis et maesta silentia mensis!

---

39 Hinc **M**^{2}: Hic 48 mixta: tincta *Marklandus* 49 novercae **M**^{2}: novertae 50 Hil 51 brachiaque et ς: Brachiaque (que *i. e.* quae *suprascr.* **M**^{2}): brachia quo *Saftienus* 56 amatis: amatus *Madvigius*: amantis *Otto* 58 fera *Marklandus*: ferat tumentem **c**: timentem: timendum **m** *in mg.* 59 ab ıu(*litterarum vestigia del.* **M**^{1})ira 61 pra (*del.* **M**^{1}) rapina 63 Impositus: impositi *Schrader*: imposito *Waller* artis: arctis **M**^{2} 64 ipso — poste ς: ipsos — postes

ɥuid mirum, tanto si te pius altor honorat
re? tu domino requies portusque senectae,
ıodo deliciae, dulces modo pectore curae.
te barbaricae versabat turbo catastae,
mixtus Phariis venalis mercibus infans
positosque sales meditataque verba locutus
ısisti lascivus erum tardeque parasti.
lomus, hinc ortus, dominique penatibus olim
s uterque parens atque in tua gaudia liber,
ɥuererere genus. raptum sed protinus alvo
ulit exultans ac prima lucida voce
ı salutantem dominus sibi mente dicavit,
lexusque sinu tulit et genuisse putavit.
mihi sanctorum venia dixisse parentum,
ıe, oro, Natura, sinas, cui prima per orbem
animis sancire datum: non omnia sanguis
ɪimus aut serie generis demissa propago
ɪat; interius nova saepe adscitaque serpunt
ora conexis. natos genuisse necesse est,
isse iuvat. tenero sic blandus Achilli
ɪfer Haemonium vincebat Pelea Chiron.
senior Peleus natum comitatus in arma
ca, sed claro Phoenix haerebat alumno.
ɪbat longe reditus Pallantis ovantis
nder, fidus pugnas spectabat Acoetes.
que procul nitidis genitor cessaret ab astris,
ivagus volucrem comebat Persea Dictys.
. referam altricum victas pietate parentes?
. te post cineres deceptaque funera matris
ıs Inoo reptantem pectore, Bacche?
secura patris Tuscis regnabat in undis

69 pius altor ς: plus alter 71 dulces — curae: dulcis — *Elter* 73 variis (*del.* **M**^{1}) phariis 76 hic *Krohnius*: 78 quererere m *in mg.*: quaerere 83 Tuque (*ex* Tu ue **M**^{1}) oro **M**^{2}: ora 84 animis ς: animus: atavis *nius* 88 Flegisse 91 claro: caro ς 94 caessaret *um* s *add.* **M**^{2}) 99 patris: parens c

Ilia, portantem lassabat Romulus Accam.
vidi ego transertos alieno in robore ramos
altius ire suis. et te iam fecerat illi
mens animusque patrem, necdum moresve decorve:
tu tamen et iunctas etiam nunc murmure voces
vagitumque rudem fletusque infantis amabas.
  ille, velut primos expiraturus ad austros
mollibus in pratis alte flos improbus extat,
sic tener ante diem vultu gressuque superbo
vicerat aequales multumque reliquerat annos.
sive catenatis curvatus membra palaestris
staret: Amyclaea conceptum matre putares,
Oebaliden illo praeceps mutaret Apollo,
Alcides pensaret Hylan; seu gratus amictu
Attica facundi decurreret orsa Menandri:
laudaret gavisa sonum crinemque decorum
fregisset rosea lasciva Thalia corona;
Maeonium sive ille senem Troiaeque labores
diceret aut casus tarde remeantis Ulixis:
ipse pater sensus, ipsi stupuere magistri.
scilicet infausta Lachesis cunabula dextra
attigit, et gremio puerum complexa fovebat
Invidia: illa genas et adultum comere crinem,
et monstrare artes et verba infigere, quae nunc
plangimus. Herculeos annis aequare labores
coeperat adsurgens, sed adhuc infantia iuxta;
iam tamen et validi gressus mensuraque maior
cultibus et visae puero decrescere vestes,
cum tibi quas vestes, quae non gestamina mitis
festinabat erus! brevibus constringere laenis

---

104 iunctas **M**[2]: vinctas *ut videtur*: mutas ς: truncas *Baehrens* 110 Sive **M**[2]: Sine palestris ς: pelestris 112 mutaret (t *finale supra v. add.* **M**[2]) 113 Alcides **M**[2]: Alcidet gratus: Graius ς amittu 114 Attica **M**[2]: Actica 116 Fregisset: pressisset m *in mg.* talia 119 stupuere ς: stipuere 123 et: haec *Baehrens* 125 sed: et *Marklandus* //// iuxta (*ante rasuram fuit* e, *voluit igitur librarius* iuxta): *mixta* **M**[2] 129 herus (h del. **M**[1], exp. m)

tora et angusta telas artare lacerna,
rmes non ille sinus, sed semper ad annos
ta legens modo puniceo velabat amictu,
ıc herbas imitante sinu, nunc dulce rubenti
rice, nunc vivis digitos incendere gemmis
debat: non turba comes, non munera cessant:
ı verecundo deerat praetexta decori.
haec fortuna domus. subitas inimica levavit
ca manus. quo, diva, feros gravis exeris ungues?
ı te forma movet, non te lacrimabilis aetas?
ıc nec saeva viro potuisset carpere Procne,
fera crudeles Colchis durasset in iras,
ıus Aeolia nec si foret iste Creusa;
rus ab hoc Athamas insanos flecteret arcus,
ıc quamquam Hectoreos cineres Troiamque perosus
ribus e Phrygiis flesset missurus Ulixes.
tima lux, et iam frigentia lumina torpent,
complexa manu crinem tenet infera Iuno.
tamen, Parcis fragiles urgentibus annos
vultu moriente videt linguaque cadente
rmurat; in te omnes vacui iam pectoris efflat
quias, solum meminit solumque vocantem
udit tibique ora movet, tibi verba relinquit
prohibet gemitus consolaturque dolentem.
tum est, Fata, tamen, quod non mors lenta iacentis
dit puerile decus, manesque subivit
ger et nullo temeratus corpora damno,
lis erat.
quid ego exequias et prodiga flammis
a loquar maestoque ardentia funera luxu?
d tibi purpureo tristis rogus aggere crevit,

---

130 Pectora (ct *ex* st M^1) augusta 132 legens ς: s 138 ungues *Meursius*: angues 143 ab hoc *Markhus*: ad hoc (vnc *supra* oc *add.* m) 145 e M^2 (m?): et pe (*del.* M^1) tamen 158 Dona (o *ex* a M^1) loquar c: ıor 159 rogus: torus ς

quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
quodque Arabes Phariique Palaestinique liquores
arsuram lavere comam? cupit omnia ferre
prodigus et totos Melior succendere census,
desertas exosus opes; sed non capit ignis
invidus, atque artae desunt in munera flammae.
horror habet sensus. qualem te funere summo
atque rogum iuxta, Melior placidissime quondam,
extimui! tune ille hilaris comisque videri?
unde animi saevaeque manus et barbarus horror,
dum modo fusus humi lucem aversaris iniquam,
nunc torvus pariter vestes et pectora rumpis
dilectosque premis visus et frigida lambis
oscula? erant illic genitor materque iacentis
maesta, sed attoniti te spectavere parentes.
quid mirum? plebs cuncta nefas et praevia flerunt
agmina, Flaminio quae limite Molvius agger
transvehit, immeritus flammis dum tristibus infans
traditur. et gemitum formaque aevoque meretur:
talis in Isthmiacos prolatus ab aequore portus
naufragus imposita iacuit sub matre Palaemon;
sic et in anguiferae ludentem gramine Lernae
rescissum squamis avidus bibit ignis Ophelten.
    pone metus Letique minas desiste vereri:
illum nec terno latrabit Cerberus ore,
nulla soror flammis, nulla adsurgentibus hydris
terrebit; quin ipse avidae trux navita cumbae
interius steriles ripas et adusta subibit
litora, ne puero dura ascendisse facultas.

---

161 Palaestinique *Seldenus*: palam est vidique 162 comam (-as *inde corr.* **M**[1], -am *restituit* **m**) 164 exosus (*prius* s *inseruit* **M**[1]) 169 barbarus **m**: barbaris 172 lambis: labris *Otto* 176 Molvius (*cf. Iordani ad Sall. Catil.* 45, 1 *notam et Lact. inst.* I 21, 6): Mulvius *Vollmer*: Milvius ς 178 aevoque *Gulielmius*: ac voce 179 isthamacos prolatus: prolutus *Polster* 182 ignis *Koestlinius*: anguis 183 desiste **m**: desistere 188 ascendisse **m**: accendisse

quid mihi gaudenti proles Cyllenia virga
untiat? estne aliquid tam saevo in tempore laetum?
overat effigies generosique ardua Blaesi
ra puer, dum saepe domi nova serta ligantem
; videt et similes tergentem pectore ceras.
unc ubi Lethaei lustrantem gurgitis oras
usonios inter proceres seriemque Quirini
dgnovit, timide primum vestigia iungit
ccessu tacito summosque lacessit amictus,
ıde magis sequitur; neque enim magis ille trahentem
pernit et ignota credit de stirpe nepotum.
ıox ubi delicias et rari pignus amici
ensit et amissi puerum solacia Blaesi,
ollit humo magnaque ligat cervice diuque
ose manu gaudens vehit et, quae munera mollis
llysii, steriles ramos mutasque volucres
orgit et optunso pallentes germine flores.
ec prohibet meminisse tui, sed pectora blandus
iscet et alternum pueri partitur amorem.
hic finis rapto. quin tu iam vulnera sedas
t tollis mersum luctu caput? omnia functa
ut moritura vides: obeunt noctesque diesque
straque, nec solidis prodest sua machina terris.
am populus mortale genus plebisque caducae
uis fleat interitus? hos bella, hos aequora poscunt;
is amor exitio, furor his et saeva cupido,
t sileam morbos; hos ora rigentia Brumae,
llos implacido letalis Sirius igni,
ıos manet imbrifero pallens Autumnus hiatu.
uicquid init ortus, finem timet. ibimus omnes,

---

189 virga **m**: virgo 191 effigies: effigiem ς Blaesi ς: lessi (*cf.* 201, II 3, 77) 193 ceras *Sandstroemius*: curas 96 Adgnovit (d *exp.* **m**) 197 tacito **m**: tatito 201 Blaesi ς: lessi 204 mutasque ς: multasque 205 porgit *Barthius*: 'orsit 212 populus: populos *vulgo ante Vollmerum* 18 init (∼ ant) ıbımuıs (*sic!*)

ibimus: immensis urnam quatit Aeacus umbris.
ast hic, quem gemimus, felix hominesque deosque
et dubios casus et caecae lubrica vitae
effugit, immunis fatis. non ille rogavit,
non timuit meruitve mori: nos anxia plebes,
nos miseri, quibus unde dies suprema, quis aevi
exitus, incertum, quibus instet fulmen ab astris,
quae nubes fatale sonet. nil flecteris istis?
sed flectere libens. ades huc emissus ab atro
limine, cui soli cuncta impetrare facultas,
Glaucia — insontes animas nec portitor arcet
nec durae comes ille ferae —: tu pectora mulce,
tu prohibe manare genas noctesque beatas
dulcibus alloquiis et vivis vultibus imple
et periisse nega desolatamque sororem,
qui potes, et miseros perge insinuare parentes.

II.

VILLA SURRENTINA POLLII FELICIS.

Est inter notos Sirenum nomine muros
saxaque Tyrrhenae templis onerata Minervae
celsa Dicarchei speculatrix villa profundi,
qua Bromio dilectus ager, collesque per altos
uritur et prelis non invidet uva Falernis.
huc me post patrii laetum quinquennia lustri,
cum stadio iam pigra quies canusque sederet
pulvis ad Ambracias conversa gymnade frondes,
trans gentile fretum placidi facundia Polli
detulit et nitidae iuvenilis gratia Pollae,

---

219 immensis — umbris: innumeris — umbris *Lundstroemius*: immensis — ulnis ς 222 fatis: fati ς 223 meruitve: renuitve *Heinsius* 229 Glaucia: Glaucia si *Macnaghtenus*: Glaucia nam ς 230 durae: dirae ς ille: *an* illa?

II. 4 bromo **M**[1] *in mg.* 5 Uritur (ri *in ras.* **M**[1])

flectere iam cupidum gressus, qua limite noto
Appia longarum teritur regina viarum.
sed iuvere morae. placido lunata recessu
hinc atque hinc curvas perrumpunt aequora rupes.
dat natura locum montique intervenit unum
litus et in terras scopulis pendentibus exit.
gratia prima loci, gemina testudine fumant
balnea, et e terris occurrit dulcis amaro
nympha mari. levis hic Phorci chorus udaque crines
Cymodoce viridisque cupit Galatea lavari.
ante domum tumidae moderator caerulus undae
excubat, innocui custos laris; huius amico
spumant templa salo. felicia rura tuetur
Alcides; gaudet gemino sub numine portus:
hic servat terras, hic saevis fluctibus obstat.
mira quies pelagi: ponunt hic lassa furorem
aequora, et insani spirant clementius austri,
hic praeceps minus audet hiems, nulloque tumultu
stagna modesta iacent dominique imitantia mores.
inde per obliquas erepit porticus arces,
urbis opus, longoque domat saxa aspera dorso.
qua prius obscuro permixti pulvere soles
et feritas inamoena viae, nunc ire voluptas:
qualis, si subeas Ephyres Baccheidos altum
culmen, ab Inoo fert semita tecta Lyaeo.
non, mihi si cunctos Helicon indulgeat amnes
et superet Pimplea sitim largeque volantis
ungula sedet equi reseretque arcana pudicos
Phemonoe fontes vel quos meus auspice Phoebo
altius immersa turbavit Pollius urna,
innumeras valeam species cultusque locorum

---

15 unum: udum *Heinsius*: uncum *vel* imum *Gronovius* 18 terris: thermis *Polster* 23 salo **c**: solo 25 obstat (o *ex* a **M**[1]) 26 mirum **M**[1] *in mg.* 30 arces: artes *Krohnius* 35 Lyaeo ς: lyceo: *an Lyceum Apollinis Lycei templum est?* 37 Piplea (*cf.* I 4, 26) 38 sedet: se det *Gronovius* 40 pollius (*alterum* l *add. supra v.* m)

Pieriis aequare modis. vix ordine longo
suffecere oculi, vix, dum per singula ducor,
suffecere gradus. quae rerum turba! locine
ingenium an domini mirer prius? haec domus ortus
aspicit et Phoebi tenerum iubar; illa cadentem
detinet exactamque negat dimittere lucem,
cum iam fessa dies et in aequora montis opaci
umbra cadit vitreoque natant praetoria ponto.
haec pelagi clamore fremunt, haec tecta sonoros
ignorant fluctus terraeque silentia malunt.
his favit natura locis, hic victa colenti
cessit et ignotos docilis mansuevit in usus.
mons erat hic, ubi plana vides; et lustra fuerunt,
qua nunc tecta subis; ubi nunc nemora ardua cernis,
hic nec terra fuit: domuit possessor, et illum
formantem rupes expugnantemque secuta
gaudet humus. nunc cerne iugum discentia saxa
intrantesque domos iussumque recedere montem.
iam Methymnaei vatis manus et chelys una
Thebais et Getici cedat tibi gloria plectri:
et tu saxa moves, et te nemora alta sequuntur.
    quid referam veteres ceraeque aerisque figuras,
si quid Apellei gaudent animasse colores,
si quid adhuc vacua, tamen admirabile, Pisa
Phidiacae rasere manus, quod ab arte Myronis
aut Polycliteo iussum est quod vivere caelo,
aeraque ab Isthmiacis auro potiora favillis,
ora ducum ac vatum sapientumque ora priorum,
quos tibi cura sequi, quos toto pectore sentis,
expers curarum atque animum virtute quieta
compositus semperque tuus?
                                        quid mille revolvam
culmina visendique vices? sua cuique voluptas

44 locive 47 negat **m**: vegat 52 hic ς: *utrum* hic *an* his *voluerit librarius, incertum est* 55 qua *Klotzius*: Quae 60 me tymnei 63 Q‹u›id ſ (*del.* **M**[1]) referam 64 appellei (*prius* p *del.* **M**[2]) 67 policliteo: polycleteo **m** 73 Culmina:

atque omni proprium thalamo mare, transque iacentem
Nerea diversis servit sua terra fenestris:
haec videt Inarimen, illinc Prochyta aspera paret;
armiger hac magni patet Hectoris, inde malignum
aera respirat pelago circumflua Nesis;
inde vagis omen felix Euploea carinis
quaeque ferit curvos exerta Megalia fluctus,
angitur et domino contra recubante proculque
Surrentina tuus spectat praetoria Limon.
una tamen cunctis, procul eminet una diaetis,
quae tibi Parthenopen derecto limite ponti
ingerit: hic Grais penitus delecta metallis
saxa; quod Eoae respergit vena Syenes,
Synnade quod maesta Phrygiae fodere secures
per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto
candida purpureo distinguitur area gyro;
hic et Amyclaei caesum de monte Lycurgi
quod viret et molles imitatur rupibus herbas,
hic Nomadum lucent flaventia saxa Thasosque
et Chios et gaudens fluctus spectare Carystos:
omnia Chalcidicas turres obversa salutant.
macte animo, quod Graia probas, quod Graia frequentas
arva; nec invideant quae te genuere Dicarchi
moenia! nos docto melius potiemur alumno.
  quid nunc ruris opes pontoque novalia dicam
iniecta et madidas Baccheo nectare rupes?
saepe per autumnum iam pubescente Lyaeo
conscendit scopulos noctisque occulta sub umbra
palmite maturo rorantia lumina tersit
Nereis et dulces rapuit de collibus uvas.
saepe et vicino sparsa est vindemia fluctu,

---

lumina *Lenzius* 76 Prochyta ς: proclita (cl ∾ d) 78 nessis 79 Euploea ς (*cf. III 1, 149*): euboea 80 ferit (*cf. Sil. I 208*): terit *Heinsius* 82 Limon ϲ: liman 85 delecta: desecta *Avantius* 86 *et* 87 quod ς: quot 90 lygurgi 93 charystos 94 calchidicas 95 Graia (*bis*) *Gevartius*: grata

et Satyri cecidere vadis, nudamque per undas
Dorida montani cupierunt prendere Panes.
sis felix, tellus, dominis ambobus in annos
Mygdonii Pyliique senis nec nobile mutes
servitium, nec te cultu Tirynthia vincat
aula Dicarcheique sinus, nec saepius isti
blanda Therapnaei placent vineta Galaesi.
hic ubi Pierias exercet Pollius artes,
seu volvit monitus, quos dat Gargettius auctor,
seu nostram quatit ille chelyn seu dissona nectit
carmina sive minax ultorem stringit iambon:
hinc levis e scopulis meliora ad carmina Siren
advolat, hinc motis audit Tritonia cristis.
tunc rapidi ponunt flatus, maria ipsa vetantur
obstrepere, emergunt pelago doctamque trahuntur
ad chelyn et blandi scopulis delphines aderrant.
vive, Midae gazis et Lydo ditior auro,
Troica et Euphratae supra diademata felix,
quem non ambigui fasces, non mobile vulgus,
non leges, non castra terent, qui pectore magno
spemque metumque domas voto sublimior omni,
exemptus fatis indignantemque refellens
Fortunam; dubio quem non in turbine rerum
deprendet suprema dies, sed abire paratum
ac plenum vita. nos, vilis turba, caducis
deservire bonis semperque optare parati,
spargimur in casus: celsa tu mentis ab arce
despicis errantes humanaque gaudia rides.

---

105 nudamque: udamque *Marklandus* 109 tyrincia vincat | Aula: vincant arva *Nohlius*: vincat ora *Baehrens* 110 dicar cheique isti — placent: istis — placeant ς *Avantius* 113 gargeticus (*cf. I 3, 94*) 118 rapidi: rabidi ς 119 trahuntur m: trahunt 122 diademata c: diademate 124 terent: tenent ς 125 voto *Waller*: tuto: cura *Krohnius* 126 refellens *Marklandus*: refelles 127 dubio: dubium *Marklandus* 132 rides (i *ex* a **M**[1])

s erat, cum te geminae suffragia terrae
ent celsusque duas veherere per urbes,
icarcheis multum venerande colonis,
lscite meis, pariterque his largus et illis
nile calens plectrique errore superbus.
c discussa rerum caligine verum
— illo alii rursus iactantur in alto —,
securos portus placidamque quietem
non quassa ratis. sic perge nec umquam
m in nostras puppem dimitte procellas.
nurus inter longe . . . .
. . . . praecordia curae,
ntem vertere minae, sed candida semper
et in vultu curarum ignara voluptas;
i sepositas infelix strangulat arca
avidique animum dispendia torquent
expositi census et docta fruendi
ies. non ulla deo meliore cohaerent
, non alias docuit Concordia mentes.
securi, quorum de pectore mixtae
um coiere faces sanctusque pudicae
amicitiae leges amor. ite per annos
que et priscae titulos praecedite famae.

III.

ARBOR ATEDII MELIORIS.

, quae perspicuas nitidi Melioris opacet
quas complexa lacus, quae robore ab imo

at ς: Ac 139 iactantur: iactamur ς: iactentur *Bar-* 142 dimitte m: dimittere 143—146 *in fine eclogae* os *esse docuit Antonius Amiterninus* 147 *lacunam* 148 vertere c: vescere: miscere *Buecheler* ique: avidive ς 153 deo *in ras.* M[1] 154 docuit:

1 opacet: opacat ς

incurvata vadis redit inde cacumine recto
ardua, ceu mediis iterum nascatur ab undis
atque habitet vitreum tacitis radicibus amnem.
quid Phoebum tam parva rogem? vos dicite causas,
Naides, et faciles, satis est, date carmina Fauni.
  nympharum tenerae fugiebant Pana catervae;
ille quidem it, cunctas tamquam velit, et tamen unam
in Pholoen. silvis sed fluminibusque sequentis
nunc hirtos gressus, nunc improba cornua vitat.
iamque et belligerum Iani nemus atraque Caci
rura Quirinalesque fuga suspensa per agros
Caelica tesca subit; ibi demum victa labore,
fessa metu, qua nunc placidi Melioris aperti
stant sine fraude lares, flavos collegit amictus
artius et niveae posuit se margine ripae.
insequitur velox pecorum deus et sua credit
conubia; ardenti iamiam suspiria librat
pectore, iam praedae levis imminet. ecce citatos
advertit Diana gradus, dum per iuga septem
errat Aventinaeque legit vestigia cervae.
paenituit vidisse deam, conversaque fidas
ad comites: 'numquamne avidis arcebo rapinis
hoc petulans foedumque pecus, semperque pudici
decrescet mihi turba chori?' sic deinde locuta
depromit pharetra telum breve, quod neque flexis
cornibus aut solito torquet stridore, sed una
emisit contenta manu laevamque soporae
Naidos aversa fertur tetigisse sagitta.
illa diem pariter surgens hostemque protervum

---

3 incurvata (accurvata *Politianus*) vadis ς: Curvata vadis (nodis **M**[2] *in mg.*) 8 cartervae 9 et tamen: it tamen ς 10 sed *Krohnius*: et: haec m *in mg.* 14 Celica tesca *Marklandus*: tecta 16 sive flavos: fluidos ς: glaucos *Klotzius olim* 17 niveae: viridi *Marklandus*: curvae *Grasberger*: nitidae *Schaefer* 25 pecus **M**[2]: petus 26 Decrescet (*ex* -it m) 27 fharetra 29 levamque (m *exp.* **M**[2] *et* m) soporae *Krohnius*: soporem 31 diem: deam ς

idit et in fontem, niveos ne panderet artus,
ic tota cum veste ruit, stagnisque sub altis
'ana sequi credens ima latus implicat alga.
uid faceret subito deceptus praedo? nec altis
redere corpus aquis hirtae sibi conscius audet
ellis et a tenero nandi rudis! omnia questus,
mmitem Bromium, stagna invida et invida tela,
rimaevam visu platanum, cui longa propago
nnumeraeque manus et iturus in aethera vertex,
leposuit iuxta vivamque adgessit harenam
ptatisque aspergit aquis et talia mandat:
vive diu nostri pignus memorabile voti,
rbor, et haec durae latebrosa cubilia nymphae
u saltem declinis ama, preme frondibus undam.
lla quidem meruit, sed ne, precor, igne superno
estuet aut dura feriatur grandine; tantum
pargere tu laticem et foliis turbare memento.
unc ego teque diu recolam dominamque benignae
edis et inlaesa tutabor utramque senecta,
it Iovis, ut Phoebi frondes, ut discolor umbra
populus et nostrae stupeant tua germina pinus.'
sic ait. illa dei veteres animata calores
uberibus stagnis obliquo pendula trunco
ncubat atque umbris scrutatur amantibus undas.
sperat et amplexus, sed aquarum spiritus arcet
nec patitur tactus. tandem eluctata sub auras
libratur fundo rursusque enode cacumen
ingeniosa levat, veluti descendat in imos
stirpe lacus alia. iam nec Phoebeia Nais
odit et exclusos invitat gurgite ramos.

haec tibi parva quidem genitali luce paramus
dona, sed ingenti forsan victura sub aevo.

---

34 ima ς: una 38 bromium: Brimo *Scaliger*: Bromiam *Lundstroemius* 39 nisu *Peyraredus*: visu 47 dura: dira *Schrader* 53 animata: imitata *Marklandus* 55 umbris: l umeris **M**[1] *in mg.* 59 imos **M**[2]: unos

tu, cuius placido posuere in pectore sedem
blandus honos hilarisque tamen cum pondere virtus,
cui nec pigra quies nec iniqua potentia nec spes
improba, sed medius per honesta et dulcia limes,
incorrupte fidem nullosque experte tumultus
et secrete, palam quod digeris ordine vitam,
idem auri facilis contemptor et optimus idem
comere divitias opibusque immittere lucem:
hac longum florens animi morumque iuventa
Iliacos aequare senes et vincere persta,
quos pater Elysium, genetrix quos detulit annos:
hoc illi duras exoravere sorores,
hoc, quae te sub teste situm fugitura tacentem
ardua magnanimi revirescit gloria Blaesi.

IV.

PSITTACUS EIUSDEM.

Psittace, dux volucrum, domini facunda voluptas,
humanae solers imitator, psittace, linguae,
quis tua tam subito praeclusit murmura fato?
hesternas, miserande, dapes moriturus inisti
nobiscum, et gratae carpentem munera mensae
errantemque toris mediae plus tempore noctis
vidimus. adfatus etiam meditataque verba
reddideras. at nunc aeterna silentia Lethes
ille canorus habes. cedat Phaethontia vulgi
fabula: non soli celebrant sua funera cygni.

---

68 Incorruptae (a *exp.* **M**^{1}) 69 Et secrete (secure *ano* *ap. Marklandum*) palam, quod digeris: et secrete palam quo digeris (degeris *Adrianus*) *Vollmer* 74 Elysium *Vollme* helisia: Elysio ς 77 revirescit ς: reviresset Blaesi blessi (*cf. II 1, 201*)

IV. 2 psittace **M**^{2}: psittate 4 hesternas ς: Externa extremas *Marklandus* 8 at (t *ex* c **M**^{1}?) 10 celebrant su *celebrent tua Lundstroemius*

at tibi quanta domus rutila testudine fulgens,
conexusque ebori virgarum argenteus ordo,
argutumque tuo stridentia limina cornu,
et, querulae iam sponte, fores! vacat ille beatus
carcer et augusti nusquam convicia tecti!
huc doctae stipentur aves, quis nobile fandi
ius Natura dedit: plangat Phoebeius ales
auditasque memor penitus dimittere voces
sturnus et Aonio versae certamine picae,
quique refert iungens iterata vocabula perdix,
et quae Bistonio queritur soror orba cubili:
ferte simul gemitus cognataque ducite flammis
funera et hoc cunctae miserandum addiscite carmen:
'occidit aeriae celeberrima gloria gentis
psittacus, ille plagae viridis regnator Eoae;
quem non gemmata volucris Iunonia cauda
vinceret aspectu, gelidi non Phasidis ales,
nec quas umenti Numidae rapuere sub austro.
ille salutator regum nomenque locutus
Caesareum et queruli quondam vice functus amici,
nunc conviva levis monstrataque reddere verba
tam facilis! quo tu, Melior dilecte, recluso
numquam solus eras. at non inglorius umbris
mittitur: Assyrio cineres adolentur amomo
et tenues Arabum respirant gramine plumae
Sicaniisque crocis; senio nec fessus inerti
scandet odoratos Phoenix felicior ignes.'

V.

LEO MANSUETUS.

Quid tibi monstrata mansuescere profuit ira?
quid scelus humanasque animo dediscere caedes

15 **augusti**: angusti ς 23 cunstae 28 umenti (ᵗ *super* u *add.* M²) 32 dilectae 33 at m: ac 35 gramina — Sicaniosque crocos *Marklandus* 37 Scandet: scandit ς
V. 1 **monstrata**: constrata ς

imperiumque pati et domino parere minori?
quid? quod abire domo rursusque in claustra reverti
suetus et a capta iam sponte recedere praeda
insertasque manus laxo dimittere morsu?
occidis, altarum vastator docte ferarum,
non grege Massylo curvaque indagine clausus,
non formidato supra venabula saltu
incitus aut caeco foveae deceptus hiatu,
sed victus fugiente fera. stat cardine aperto
infelix cavea et clausas circum undique portas
hoc licuisse nefas placidi tumuere leones.
tum cunctis cecidere iubae, puduitque relatum
aspicere, et totas duxere in lumina frontes.
at non te primo fusum novus obruit ictu
ille pudor: mansere animi, virtusque cadenti
a media iam morte redit, nec protinus omnes
terga dedere minae. sicut sibi conscius alti
vulneris adversum moriens it miles in hostem
attollitque manum et ferro labente minatur:
sic piger ille gradu solitoque exutus honore
firmat hians oculos animamque hostemque requirit.
magna tamen subiti tecum solacia leti,
victe, feres, quod te maesti populusque patresque,
ceu notus caderes tristi gladiator harena,
ingemuere mori; magni quod Caesaris ora
inter tot Scythicas Libycasque, et litore Rheni
et Pharia de gente feras, quas perdere vile est,
unius amissi tetigit iactura leonis.

---

5 praeda **M**[1]: praedae 6 insertasque ς: Incertasque 12 clausas — portas: clausis — portis *Guyetus* 13 tumuere *Baehrens*: timuere 16 at ς: Ac 23 animamque: animumque *Marklandus* 28 Libycasque ς: librasque et *Aldus*: in: ab *Baehrens* 29 feras: feris *Vollmer* (*servato* in *v.* 28) 30 leooꟽıſ (*ad v. explendum*)

VI.

CONSOLATIO AD FLAVIUM URSUM DE AMISSIONE PUERI DELICATI.

Saeve nimis, lacrimis quisquis discrimina ponis
lugendique modos. miserum est primaeva parenti
pignora surgentesque — nefas! — accendere natos;
durum et deserti praerepta coniuge partem
conclamare tori, maesta et lamenta sororum
et fratrum gemitus: alte tamen ac procul intrat
altius in sensus maioraque vulnera vincit
plaga minor. famulum — quia rerum nomina caeca
sic miscet Fortuna manu nec pectora novit —,
sed famulum gemis, Urse, pium, sed amore fideque
has meritum lacrimas, cui maior stemmate iuncto
libertas ex mente fuit. ne comprime fletus,
ne pudeat; rumpat frenos dolor iste diesque,
si tam dura placent — hominem gemis — heu mihi! subdo
ipse faces —, hominem, Urse, tuum, cui dulce volenti
servitium, cui triste nihil, qui sponte sibique
imperiosus erat. quisnam haec in funera missos
castiget luctus? gemit inter bella peremptum
Parthus equum, fidosque canes flevere Molossi,
et volucres habuere rogum cervusque Maronem.
quid, si nec famulus? vidi ipse habitusque notavi
te tantum cupientis erum; sed maior in ore
spiritus et tenero manifesti in sanguine mores.

VI. CONSOLACIO AD FLAVIVM · VRSVM | DI (*atr.* E) AMISSIONE PVERI DELICATI 1 nimis **m**: nimus *ut videtur* 2 Lugendique: lugendoque *Peerlkampius* 3 Pignera accendere ς: accedere 6 alte tamen ac *Marklandus* (*nisi quod* et *maluit pro* ac): ad te tamen at: alte et tamen at *Vollmer*: at item tamen at *Krohnius*: tacite tamen at *Waller* 8 nomina *Leo*: omnia 10 vrse **m**: ut se 11 stemmate ς: stōmate iuncto: cuncto *Lindenbrogius* 13 diesque: decusque *Peyraredus*: deisque **c**: deosque *Gevartius* 14 heu: hei ς 19 molosi 20 Maronem *Peerlkampius*: marone 22 sed: sic *Krohnius*

optarent multum Graiae cuperentque Latinae
sic peperisse nurus. non talem Cressa superbum
callida sollicito revocavit Thesea filo,
nec Paris Oebalios talis visurus amores
rusticus invitas deiecit in aequora pinus.
non fallo aut cantus adsueta licentia ducit:
vidi et adhuc video, qualem nec bella canentem
litore virgineo Thetis occultavit Achillen,
nec circum saevi fugientem moenia Phoebi
Troilon Haemoniae deprendit lancea dextrae.
qualis eras! procul en cunctis puerisque virisque
pulchrior et tantum domino minor! illius unus
ante decor, quantum praecedit clara minores
luna faces quantumque alios premit Hesperos ignes.
non tibi femineum vultu decus oraque supra
mollis honos, qualis dubiae post crimina formae
de sexu transire iubent, torvoque virilis
gratia; nec petulans acies blandique severo
igne oculi, qualis, bellus iam casside, visu
Parthenopaeus erat; simplexque horrore decoro
crinis, et obsessae nondum primoque micantes
flore genae: talem Ledaeo gurgite pubem
educat Eurotas, teneri sic integer aevi
Elin adit primosque Iovi puer adprobat annos.
nam pudor unde notae menti tranquillaque morum
temperies teneroque animus maturior aevo,
carmine quo par esse queam? saepe ille volentem

30 canentem ς: caventem 31 achillen **M**[1]: achillem 38 vultu: vultus ς 40 torvoque **c**: torvaque: torva atque ς 42 bellus iam *Krohnius*: bellis iam: bellus sine *Adrianus*: bellis cum *Otto*: bellis in *Vollmer* visu: visus ς: visa ς 43 Parthenopaeus ς: Partheiopeus horrore **m** *in mg.*: herrore: errore ς 48 pudor unde notae menti **M**[2]: pudor undae (a *exp.* **M**[1]) notae mentis: p. u. novae mentis *Skutschius*: pudor — unde notem? — mentis *Buecheler*: p. ingenuae (innocuae *anonymus Gottingensis*) mentis *Heinsius* 50 quo par esse queam *Saftienus*: quo potasse (*dotasse Heinsius*) queam: quo pensasse queam ς: quo nota esse queant *Marklandus*: quove notasse queam Buecheler

castigabat erum studioque altisque iuvabat
consiliis; tecum tristisque hilarisque nec umquam
ille suus vultumque tuo sumebat ab ore:
dignus et Haemonium Pyladen praecedere fama
Cecropiamque fidem, sed laudum terminus esto,
quem fortuna sinit: non mente fidelior aegra
speravit tardi reditus Eumaeus Ulixis.

quis deus aut quisnam tam tristia vulnera casus
eligit? unde manus Fatis tam certa nocendi?
o quam divitiis censuque exutus opimo
fortior, Urse, fores! si vel fumante ruina
ructassent dites Vesuvina incendia Locroe
seu Pollentinos mersissent flumina saltus
seu Lucanus Acir seu Thybridis impetus altas
in dextrum torsisset aquas, paterere serena
fronte deos; sive alma fidem messisque negasset
Cretaque Cyreneque et qua tibi cumque beato
larga redit Fortuna sinu. sed gnara dolorum
Invidia infelix animi vitalia vidit
laedendique vias.
vitae modo cardine adultae
nectere temptabat iuvenum pulcherrimus ille
cum tribus Eleis unam trieterida lustris.
attendit torvo tristis Rhamnusia vultu,
ac primum implevitque toros oculisque nitorem
addidit ac solito sublimius ora levavit,
heu! misero letale favens, seseque videndo
torsit et invidiam mortemque amplexa iacenti

---

54 hemonium pyladen: Haemonium et Pyladen *Baehrens*: Haemoniam et Pyladis *Schwartzius*: Aonium Pyladen *Marklandus* 55 Cecopriamque 57 Eumaeus ς: eumelus 58 casus ς: causas 62 Locroe *Buecheler*: locros 63 salcus 64 Acir *Madvigius*: ager 67 Cretaque fere (*del.* M[1]) cyreneque 70 cardine *Gronovius*: carmen 71 temptabat: tendebat a 73 rhamnusia (h *supra v. add.* m) 75 sublimius (*alterum* i *supra v. add.* m) 77 et invidiam *Heinsius*: et invidia: ad invidiam *Schwartzius*

iniecit nexus carpsitque immitis adunca
ora verenda manu. quinto vix Phosphoros ortu
rorantem sternebat equum: iam litora duri
saeva, Philete, senis, durumque Acheronta videbas,
quo domini clamate sono! non saevius atros
nigrasset planctu genetrix tibi saeva lacertos,
nec pater; et certe qui vidit funera frater
erubuit vinci. sed nec servilis adempto
ignis: odoriferos exhausit flamma Sabaeos
et Cilicum messes, Phariaeque exempta volucri
cinnama et Assyrio manantes gramine sucos
et domini fletus: hos tantum hausere favillae,
hos bibit usque rogus; nec quod tibi Setia canos
restinxit cineres, gremio nec lubricus ossa
quod vallavit onyx, miseris acceptius umbris
quam gemitus. sed — et ipse iuvat — quid terga dolori,
Urse, damus? quid damna foves et pectore iniquo
vulnus amas? ubi nota reis facundia raptis?
quid caram crucias tam saevis luctibus umbram?
eximius licet ille animi meritusque doleri:
solvisti. subit ille pios carpitque quietem
Elysiam clarosque illic fortasse parentes
invenit; aut illi per amoena silentia Lethes
forsan Avernales adludunt undique mixtae
Naides, obliquoque notat Proserpina vultu.
pone, precor, questus; alium tibi Fata Phileton,

---

78 nexus: nexu *Schwartzius* 79 quinto vix Phosphoros ortu *Schrader*: quinta vix fossoros (fosforos *inde fecit* m, *quae et margini adscripsit* φώcφοϱος) hora (*hoc defendit Polster*): quinta v. Ph. ora *Vollmer* 81 durumque: dirumque *Marklandus* 82 atros: atro *Vollmer quondam* 83 nigrass& *repetiit* m *in mg.* tibi saeva: sibi saeva ς: tibi salva *Polster* 90 quod ς: quo: quae *Krohnius* Setia ς: sestia 93 sed et ipse iuvat? *Polster*: sed et ipse iubet (vetat *Lundstroemius*) *anon. Gotting.*: nec et ipse iuvat *Schwartzius* quid: hic meliuſ quin m *in mg.* 99 clarosque: carosque *Bernartius* *100 illi* ς: illic 101 Avernales ς: vernales 103 pileton

ırsan et ipse dabit moresque habitusque decoros
ıonstrabit gaudens similemque docebit amorem.

VII.

GENETHLIACON LUCANI AD POLLAM.

Lucani proprium diem frequentet,
quisquis collibus Isthmiae Diones
docto pectora concitatus oestro
pendentis bibit ungulae liquorem.
ipsi, quos penes est honor canendi,
vocalis citharae repertor Arcas
et tu Bassaridum rotator Euhan
et Paean et Hyantiae sorores,
laetae purpureas novate vittas,
crinem comite, candidamque vestem
perfundant hederae recentiores.
docti largius evagentur amnes,
et plus Aoniae virete silvae,
et, si qua patet aut diem recepit,
sertis mollibus expleatur umbra.
centum Thespiacis odora lucis
stent altaria victimaeque centum,
quas Dirce lavat aut alit Cithaeron:
Lucanum canimus, favete linguis,
vestra est ista dies, favete, Musae,
dum qui vos geminas tulit per artes,

---

104 habitusque *Marklandus*: habiture: habitumque ς
5 amorem a: amori: amari ς
VII. GENETHLIACON LVCANI AD OPPIAM (Pollam *Politianus*)
concitatus ς: concitavit 6 archas L 7 tubas saridum L
euan L 8 pean (ˌ*add.* m) Hyantiae ς: euhantiae M:
antię L 9 taepurpureas L (*in initio lineae*) 14 patet
t m: pater aut (a ut M): patulam *Marklandus* 16 thespia-
s m: thesbiacis M: tespiacis L 17 victimaeque (m *e.c*
?m) 18 alit M: alid L citheron M: cytheron L
ista M: iste L

et vinctae pede vocis et solutae,
Romani colitur chori sacerdos.
felix — heu nimis! — et beata tellus,
quae pronos Hyperionis meatus
summis Oceani vides in undis
stridoremque rotae cadentis audis,
quae Tritonide fertilis Athenas
unctis, Baetica, provocas trapetis:
Lucanum potes imputare terris!
hoc plus quam Senecam dedisse mundo
aut dulcem generasse Gallionem.
attollat refluos in astra fontes
Graio nobilior Melete Baetis;
Baetim, Mantua, provocare noli.
natum protinus atque humum per ipsam
primo murmure dulce vagientem
blando Calliope sinu recepit.
tum primum posito remissa luctu
longos Orpheos exuit dolores
et dixit: 'puer o dicate Musis,
longaevos cito transiture vates,
non tu flumina nec greges ferarum
nec plectro Geticas movebis ornos,
sed septem iuga Martiumque Thybrim
et doctos equites et eloquente
cantu purpureum trahes senatum.

---

25 quępronos yperionis **L** 26 vides (vi *ex* in **L**²) 28 Quae **M**: que **L** tritonidę **L** fertilis **L**: fertiles **M** atheras **L** 29 betica **M**: u&ica **L** provo castra petis **L** 30 potes **M**: potes //// (*fuit* t) **L** inputare **L** 31 de dissemundo **L** Lucanus Seneca Gallio **m** *in mg.* 34 melete betis **M**: m&eleb&is **L** 35 betim **M**: b&im **L** nimia laus sed forte tempori et auditoribus data, cum alibi (*cf. Theb. XII 816*) divinum Maronem adoret **m** *in mg.* 36 atque **M**: aque (, *add. infra* e **L**²) **L** ipsam **M**: ipsum **L** 37 Primo **M**: Primum **L** 38 caliope (cali *in ras.*) **L** 40 orfeos **L** 42 longe| vos **L** 44 movebis (b *ex* u **L**¹) 45 septem **M**: · *ιιιι* · **L** timbrim **L** 46 elonquente **L** 47 sanatum **L**

nocturnas alii Phrygum ruinas
et tardi reducis vias Ulixis
et puppem temerariam Minervae,
trita vatibus orbita, sequantur:
tu carus Latio memorque gentis
carmen fortior exeris togatum.
ac primum teneris adhuc in annis
ludes Hectora Thessalosque currus
et supplex Priami potentis aurum,
et sedes reserabis inferorum,
ingratus Nero dulcibus theatris
et noster tibi proferetur Orpheus.
dices culminibus Remi vagantis
infandos domini nocentis ignes.
hinc castae titulum decusque Pollae
iocunda dabis adlocutione.
mox coepta generosior iuventa
albos ossibus Italis Philippos
et Pharsalica bella detonabis,
quod fulmen ducis inter arma divi,
libertate gravem pia Catonem
et gratum popularitate Magnum.
tu Pelusiaci scelus Canopi
deflebis pius et Pharo cruenta
Pompeio dabis altius sepulcrum.
haec primo iuvenis canes sub aevo,
ante annos Culicis Maroniani.
cedet Musa rudis ferocis Enni

---

48 phrygum **L**: frygum **M** 49 tardi reducis (-is *ex* s **L**^{1}): tarde reducis *Barthius* ulxxiaſ (*prius* x *exp. et* i *pra add.* **L**^{1}; ſ *del. et* a *in* ſ *corr.* **L**^{2}) **L** 51 vatibus (a *ex* **L**^{2}) 53 exeris: exeres *Marklandus* 55 ludes **L**: Lau-s **M**^{1}: Laudas **m** tessalosque **L** 56 aurum **M**: aurim **L** 59 orfeus **L** 60 culminibus ς: fulminibus (*ex* fluminibus *rr.* **L**^{1}) 62 hinc ς: Huc: nunc *Krohnius* polle **L** 63 iucunda **M** allocutione **M** 66 farsalica 67 quod *arklandus*: quo 69 gratum **M**: gravum **L** 72 sepulchrum

et docti furor arduus Lucreti,
et qui per freta duxit Argonautas,
et qui corpora prima transfigurat.
quid maius loquar? ipsa te Latinis
Aeneis venerabitur canentem.
nec solum dabo carminum nitorem,
sed taedis genialibus dicabo
doctam atque ingenio tuo decoram,
qualem blanda Venus daretque Iuno
forma, simplicitate, comitate,
censu, sanguine, gratia, decore,
et vestros hymenaeon ante postes
festis cantibus ipsa personabo.
o saevae nimium gravesque Parcae!
o numquam data longa fata summis!
cur plus, ardua, casibus patetis?
cur saeva vice magna non senescunt?
sic natum Nasamonii Tonantis
post ortus obitusque fulminatos
angusto Babylon premit sepulcro.
sic fixum Paridis manu trementis
Peliden Thetis horruit cadentem.
sic ripis ego murmurantis Hebri
non mutum caput Orpheos sequebar.
sic et tu — rabidi nefas tyranni! —
iussus praecipitem subire Lethen,

---

76 Lucretius Setinius **m** *in mg.* 79 Quid: quin
loquar **L**: loquor **M** ipsa **M**: ipse **L** 82 genialil
genitalibus 83 ingenio tuo **M**: ingenituo **L** 85
citate **L** coniunx egregia **m** *in mg.* 87 hymene
ymeneon **L** postes **M**: potes //// (*fuit* t *ras. loco*)
89 sevae **L** graves////que (s *erasum*) **L** 90 fata ς: fe
92 sevavice **L** 93 sic natum ς: Signatum 94 Pc
po' **L** 95 angusto **L**: Augusto **M** babylon (y *e*
sepulchro 96 trementis ς: prementis **L**: praer
(a *del. et exp.* **m**) **M**: trementi *Marklandus* 97 thetis
d **M**[1]) **M**: tetis **L** orruit **L** 99 orfeos **L** 100 t
(*y ex i* **m**) 101 laethen **M**: leten **L**

dum pugnas canis arduaque voce
das solacia grandibus sepulcris,
— o dirum scelus! o scelus! — tacebis.'
sic fata est leviterque decidentes
abrasit lacrimas nitente plectro.
at tu, seu rapidum poli per axem
Famae curribus arduis levatus,
qua surgunt animae potentiores,
terras despicis et sepulcra rides;
seu pacis merito nemus reclusi
felix Elysii tenes in oris,
quo Pharsalica turba congregatur,
et te nobile carmen insonantem
Pompei comitantur et Catones,
— tu magna sacer et superbus umbra
nescis Tartaron et procul nocentum
audis verbera pallidumque visa
matris lampade respicis Neronem —
adsis lucidus et vocante Polla
unum, quaeso, diem deos silentum
exores: solet hoc patere limen
ad nuptas redeuntibus maritis.
haec te non thiasis procax dolosis
falsi numinis induit figura,
ipsum sed colit et frequentat ipsum
imis altius insitum medullis,
ac solacia vana subministrat
vultus, qui simili notatus auro

103 sepulchris **M** 105 fata **M**: facta **L** 106 abrasit: stersit *Skutschius* plectro (*mire diductum in* **M**) 107 At **M**: **L** 108 levatus ς: levatum **M**: levatu **L** 110 despicis c e i m) sepulchra **M** 112 helisii **M** tenis **L** 3 farsalica 114 insonantem (*cf. Verg. Aen. VII 451*): in- nantem *Skutschius* 115 pompeico mitantur **L** 116 tu: m *Bursianus* 117 nocentu **L** 121 diem (e *ex* u **L**[1]) entum m: silicentum **M**: silentium **L** 124 thyasis **M** 6 frequentat **M**: frequent̄ **L** 128 Ac **M**: ad **L**: nec *wartzius* vana: vera *Baehrens*

stratis praenitet incubatque somno
securae. procul hinc abite, Mortes:
haec vitae genialis est origo.
cedat luctus atrox genisque manent
iam dulces lacrimae dolorque festus,
quicquid fleverat ante, nunc adoret.

---

130 stratis ς: **stratus** 132 genialis ς: **genitalis** 134 lacrimae **Lm** (*nisi quod* **m** -y-): lassimae **M** 135 Quitquid **M** FINIT DŌ GRATIAS AMEN **L** P · PAPINI · STATII · LIB · II · EXPLIC · | SILVARV̄ · INCIPIT · LIBER · III · **M**

P. PAPINI STATII
SILVARUM
LIBER III.

STATIUS POLLIO SUO SALUTEM.

Tibi certe, Polli dulcissime et hac cui tam fideli- inhaeres quiete dignissime, non habeo diu proban- libellorum istorum temeritatem, cum scias multos illis in sinu tuo subito natos et hanc audaciam nostri frequenter expaveris, quotiens in illius fa- liae tuae penetrali seductus altius litteras intro et omnis a te studiorum sinus ducor. securus itaque ius hic silvarum nostrarum liber ad te mittitur. uerat quidem et secundus ⟨te⟩ testem, sed hic habet orem. nam primum limen eius Hercules Surrenti- aperit, quem in litore tuo consecratum, statim ut ram, his versibus adoravi. sequitur libellus, quo ndidissimum et mihi iucundissimum iuvenem, Mae- a Celerem, a sacratissimo imperatore missum ad onem Syriacam, quia sequi non poteram, sic pro- tus sum. merebatur et Claudi Etrusci mei pietas uod ex studiis nostris solacium, cum lugeret veris

---

5 hac **M**[2]: haec fide liter (*coni.* **M**[2]) 7 temeritatem m *g.*: temerantem 9 illius: illo *Krohnius* 10 penetrali: tralia *ed Parmensis*: penetrale *Politianus* 13 que ent˜ in h′ lib°. **M**[2] *in mg.* te testem *Baehrens*: testem plendidissimum **M**[2]: splendissimum iucundissimum *supra primas litteras scripsit* **M**[2]) 17. 18 mecium ugu (*del.* **M**[1]) lugeret

— quod iam rarissimum est — lacrimis senem patrem. Earinus praeterea, Germanici nostri libertus — scis quamdiu desiderium eius moratus sim, cum petisset ut capillos suos, quos cum gemmata pyxide et speculo ad Pergamenum Asclepium mittebat, versibus dedicarem. summa est egloga, qua mecum secedere Neapolim Claudiam meam exhortor. hic, si verum dicimus, sermo est, equidem securus, ut cum uxore et qui persuadere malit quam placere. huic praecipue libello favebis, cum scias hanc destinationem quietis meae tibi maxime intendere meque non tam in patriam quam ad te secedere. vale.

I.

HERCULES SURRENTINUS POLLII FELICIS.

Intermissa tibi renovat, Tirynthie, sacra
Pollius et causas designat desidis anni,
quod coleris maiore tholo nec litora pauper
nuda tenes tectumque vagis habitabile nautis,
sed nitidos postes Graisque effulta metallis
culmina, ceu taedis iterum lustratus honesti
ignis ab Oetaea conscenderis aethera flamma.
vix oculis animoque fides. tune ille reclusi
liminis et parvae custos inglorius arae?
unde haec aula recens fulgorque inopinus agresti
Alcidae? sunt fata deum, sunt fata locorum!

---

22 iam rarissimum *Baehrens*: amarissimum: rarissimum ς 23 Earinus ς: Ierinus scis *Vollmer*: scit 25 quos cum M² *in mg.*: quoscumque 27 sedere (*exp.* M¹, *del. rubric.*) secedere 29 dicimus: dici vis *Bursianus* equidem (*repetiit* m *in mg.*): et quidem *Marklandus* 33 in prĩaȝ · nota · Nea|polim m *in mg.* VALE (*litteris rubris*)

I. 8 tu ne (n *ex* u m) 9 liminis c: Luminis

o velox pietas! steriles hic nuper harenas,
adsparsum pelago montis latus hirtaque dumis
saxa nec ulla pati faciles vestigia terras
cernere erat. quaenam subito fortuna rigentes
ditavit scopulos? Tyrione haec moenia plectro
an Getica venere lyra? stupet ipse labores
annus, et angusti bisseno limite menses
longaevum mirantur opus. deus attulit arces
erexitque suas atque obluctantia saxa
summovit nitens et magno pectore montem
reppulit: immitem credas iussisse novercam.
ergo age, seu patrios liber iam legibus Argos
incolis et mersum tumulis Eurysthea calcas,
sive tui solium Iovis et virtute parata
astra tenes, haustumque tibi succincta beati
nectaris excluso melior Phryge porrigit Hebe:
huc ades et genium templis nascentibus infer.
non te Lerna nocens nec pauperis arva Molorchi
nec formidatus Nemees ager antraque poscunt
Thracia nec Pharii polluta altaria regis,
sed felix simplexque domus fraudumque malarum
inscia et hospitibus superis dignissima sedes.
pone truces arcus agmenque immite pharetrae
et regum multo perfusum sanguine robur,
instratumque umeris dimitte gerentibus hostem:
hic tibi Sidonio celsum pulvinar acantho
texitur et signis crescit torus asper eburnis.
pacatus mitisque veni nec turbidus ira
nec famulare timens, sed quem te Maenalis Auge
confectum thiasis et multo fratre madentem

---

13 Ad sparsum: ac sparsum *Baehrens*: aspersum ς hircaque dunıſſ 16 ditavit **m** *in mg.*: Ditasit: ditarit ς: divisit ς 18 angusti (n *ex* u **m**) bisseno: angusto bisseni ς 19 attulit: adfuit *Meursius* artes 20 atque *add.* **M**[1] *supra v.* 24 euristia 30 Nemees ς: vemceſ (venies **m**, *cf.* *Sil. II 483*) 34 artus 36 Instratum (In ∼ Lu) gerentibus: ingentibus *Marklandus* 38 Texitur **m**: Texitus

detinuit qualemque vagae post crimina noctis
Thespius obstupuit, totiens socer. hic tibi festa
gymnas, et insontes iuvenum sine caestibus irae
annua veloci peragunt certamina lustro.
hic templis inscriptus avo gaudente sacerdos
parvus adhuc similisque tui, cum prima novercae
monstra manu premeres atque exanimata doleres.
sed quaenam subiti, veneranda, exordia templi,
dic age, Calliope; socius tibi grande sonabit
Alcides tensoque modos imitabitur arcu.
tempus erat, caeli cum torrentissimus axis
incumbit terris ictusque Hyperione multo
acer anhelantis incendit Sirius agros.
iamque dies aderat, profugis cum regibus aptum
fumat Aricinum Triviae nemus et face multa
conscius Hippolyti splendet lacus; ipsa coronat
emeritos Diana canes et spicula terget
et tutas sinit ire feras, omnisque pudicis
Itala terra focis Hecateidas excolit idus.
ast ego, Dardaniae quamvis sub collibus Albae
rus proprium magnique ducis mihi munere currens
unda domi curas mulcere aestusque levare
sufficerent, notas Sirenum nomine rupes
facundique larem Polli non hospes habebam,
assidue moresque viri pacemque novosque
Pieridum flores intactaque carmina discens.
forte diem Triviae dum litore ducimus udo
angustasque fores adsuetaque tecta gravati
frondibus et patula defendimus arbore soles,
delituit caelum et subitis lux candida cessit
nubibus ac tenuis graviore favonius austro
immaduit; qualem Libyae Saturnia nimbum

43 Thespius: Thestius *Marklandus* 44 cestibus: te-
bus ϛ: caedibus *Marklandus* 47 novertae 48 doleres
dolores 60 echateidas 69 angustasque ϛ: Augustasque
gravati **a**: gravatis 71 Delituit **m**: Dilicuit 72 ac ϛ:
73 libyae **m**: librae

ulit, Iliaco dum dives Elissa marito
natur testesque ululant per devia nymphae.
fugimus, festasque dapes redimitaque vina
ripiunt famuli nec quo convivia migrent,
amvis innumerae gaudentia rura superne
edere domus et multo culmine dives
ns nitet: instantes sed proxima quaerere nimbi
debant laesique fides reditura sereni.
bat dicta sacri tenuis casa nomine templi
magnum Alciden humili lare parva premebat,
tivagos nautas scrutatoresque profundi
operire capax. huc omnis turba coimus,
epulae ditesque tori coetusque ministrum
antur nitidaeque cohors gratissima Pollae.
cepere fores, angustaque deficit aedes.
buit risitque deus dilectaque Polli
da subit blandisque virum complectitur ulnis.
ne', inquit, 'largitor opum, qui mente profusa
ta Dicarchei pariter iuvenemque replesti
thenopen? nostro qui tot fastigia monti,
virides lucos, tot saxa imitantia vultus
aque, tot scripto viventes lumine ceras
sti? quid enim ista domus, quid terra, priusquam
gauderet, erat? longo tu tramite nudos
isti scopulos, fueratque ubi semita tantum,
nc tibi distinctis stat porticus alta columnis,
sorderet iter. curvi tu litoris ora
usisti calidas gemina testudine nymphas.
opera enumerem; mihi pauper et indigus uni
llius? et talis hilaris tamen intro penates
litus, quod pandis, amo. sed proxima sedem
picit et tacite ridet mea limina Iuno.

82 sacri: sacris *Marklandus* 86 coetusque ς: coitusque 91 mente m (?): menta 92 dicarchei: Dicaearchi *hnius* iuvenemque: mitemque *Marklandus* 94 imitan- ς: mitantia 97 erat *Krohnius*: erant: ero *Baehrens* 100 ora ς: oras

da templum dignasque tuis conatibus aras,
quas puppes velis nolint transire secundis,
quo pater aetherius mensisque accita deorum
turba et ab excelso veniat soror hospita templo.
nec te, quod solidus contra riget umbo maligni
montis et immenso non umquam exesus ab aevo,
terreat: ipse adero et conamina tanta iuvabo
asperaque invitae perfringam viscera terrae.
incipe et Herculeis fidens hortatibus aude.
non Amphioniae steterint velocius arces
Pergameusve labor.' dixit mentemque reliquit.
nec mora, cum scripta formatur imagine tela.
innumerae coiere manus: his caedere silvas
et levare trabes, illis immergere curae
fundamenta solo. coquitur pars umida terrae
protectura hiemes atque exclusura pruinas,
indomitusque silex curva fornace liquescit.
praecipuus sed enim labor est excindere dextra
oppositas rupes et saxa negantia ferro.
hic pater ipse loci positis Tirynthius armis
insudat validaque solum deforme bipenni,
cum grave nocturna caelum subtexitur umbra,
ipse fodit. ditesque Caprae viridesque resultant
Taurubulae, et terris ingens redit aequoris echo.
non tam grande sonat motis incudibus Aetne,
cum Brontes Steropesque ferit, nec maior ab antris
Lemniacis fragor est, ubi flammeus aegida caelat
Mulciber et castis exornat Pallada donis.
decrescunt scopuli, et rosea sub luce reversi
artifices mirantur opus. vix annus anhelat
alter, et ingenti dives Tirynthius arce
despectat fluctus et iunctae tecta novercae

---

111 umquam: usquam *Baehrens* exesus (*prius* s *supra v. add.* m) 117 conscripta formantur imagine templa *Marklandus* 119 trabes m: trahes 121 Proctectura (*prius* c *del.* M[1]) 128 ditesque capre (*quod defendit Buecheler*): dites Capreae ς 137 iunctae: victae a

provocat et dignis invitat Pallada templis.
iam placidae dant signa tubae, iam fortibus ardens
fumat harena sacris. hos nec Pisaeus honores
Iuppiter aut Cirrhae pater aspernetur opacae.
nil his triste locis; cedat lacrimabilis Isthmos,
cedat atrox Nemee: litat hic felicior infans.
ipsae pumiceis virides Nereides antris
exiliunt ultro: scopulis umentibus haerent
nec pudet occulte nudas spectare palaestras.
spectat et Icario nemorosus palmite Gaurus
silvaque, quae fixam pelago Nesida coronat,
et placidus Limon omenque Euploea carinis
et Lucrina Venus, Phrygioque e vertice Graias
addisces, Misene, tubas, ridetque benigna
Parthenope gentile sacrum nudosque virorum
certatus et parva suae simulacra coronae.
quin age et ipse libens proprii certaminis actus
invicta dignare manu, seu nubila disco
findere seu volucres zephyros praecedere telo
seu tibi dulce manu Libycas nodare palaestras:
indulge sacris et, si tibi poma supersunt
Hesperidum, gremio venerabilis ingere Pollae;
nam capit et tantum non degenerabit honorem.
quod si dulce decus viridesque resumeret annos,
— da veniam, Alcide — fors hic et pensa tulisses.
    haec ego nascentes laetus bacchatus ad aras
libamenta tuli. nunc ipse in limine — cerno
solventem voces et talia dicta ferentem:
'macte animis opibusque meos imitate labores,

---

138 dignis ς: dignus   139 fortibus: sortibus *Lipsius*: insontibus *Marklandus*   ischmos   143 Nemee ς: nemees   144 pumiceis ς: puniceis   umentibus (ʰ *super* u *add.* m)   149 Limon (*sic iam Politianus*) omenque *Guyetus*: limo numemque (*ultimi* m *primam hastam exp.* M[1])   151 Addisces: adsciscis *Marklandus*   155 dignare m: digna   157 libicas: liquidas *Marklandus*   nodare: nudare ς   162 hic: huic ς   164 ipse (*quo servato interpunxi cum Maenaghteno*): ipsum e: ipso ς   165 ferentem: serentem *Heinsius*

qui rigidas rupes infecundaeque pudenda
naturae deserta domas et vertis in usum
lustra habitata feris foedeque latentia profers
numina. quae tibi nunc meritorum praemia solvam?
quas referam grates? Parcarum fila tenebo
extendamque colus — duram scio vincere Mortem —,
avertam luctus et tristia damna vetabo
teque nihil laesum viridi renovabo senecta
concedamque diu iuvenes spectare nepotes,
donec et hic sponsae maturus et illa marito,
rursus et ex illis soboles nova grexque protervus
nunc umeris inreptet avi, nunc agmine blando
certatim placidae concurrat ad oscula Pollae.
nam templis numquam statuetur terminus aevi,
dum me flammigeri portabit machina caeli.
nec mihi plus Nemee priscumque habitabitur Argos
nec Tiburna domus solisque cubilia Gades.'
sic ait; et tangens surgentem altaribus ignem
populeaque movens albentia tempora silva
et Styga et aetherii iuravit fulmina patris.

II.

PROPEMPTICON MAECIO CELERI.

Di, quibus audaces amor est servare carinas
saevaque ventosi mulcere pericula ponti,
sternite molle fretum placidumque advertite votis
concilium, et lenis non obstrepat unda precanti:
'grande tuo rarumque damus, Neptune, profundo
depositum. iuvenis dubio committitur alto

---

168 Naturae (N *ex* M $\mathbf{M}^1$) 174. 172. 173. *litteris* c a b *praescriptis versuum ordinem statim restituit* $\mathbf{M}^1$ 180 templis m: templus 182 Argos ς: argus 183 tiburna m *repetiit in mg.*

II. PROPEMPTICON MECIO CELERI 4 lenis ς: levis

ius atque animae partem super aequora nostrae
rem transferre parat. proferte benigna
ı et antemnae gemino considite cornu,
lii fratres; vobis pontusque polusque
t; Iliacae longe nimbosa sororis
fugate, precor, totoque excludite caelo.
uoque caeruleum ponti, Nereides, agmen,
honor et regni cessit fortuna secundi
ere quae magni fas sit mihi sidera ponti —,
e de vitreis spumosae Doridos antris
osque sinus et feta tepentibus undis
tranquillo certatim ambite natatu,
entes ubi celsa ratis, quam scandere gaudet
s Ausoniae Celer armipotentis alumnus.
uaerenda diu; modo nam trans aequora terris
ı Dicarcheis Pharium gravis intulit annum,
salutavit Capreas et margine dextro
t Tyrrhenae Mareotica vina Minervae.
utrumque latus molli praecingite gyro,
aeque vices vos stuppea tendite mali
la, vos summis adnectite sipara velis,
phyris aperite sinus; pars transtra reponat,
demittat aquis curvae moderamina puppis;
uibus exploret primas gravis artemo barcas,
ue secuturam religent post terga phaselon
ue summersae penitus retinacula vellant;
ret haec aestus pelagusque inclinet ad ortus:
careat glaucarum nulla sororum.
nulto Proteus geminoque hinc corpore Triton
atet, et subitis qui perdidit inguina monstris

Metius (t *ex* c **M**[1]) 10 Oebalii ς: Obalii 13 ponti: *Krohnius* 15 quae: quas *Heinsius* 17 foeta: fota *eldius* 19 quam *Heinsius*: qua 24 vina ς: viva exploret c: explorent primas gravis artemo barcas *us*: primos gravis arte molorchos: primos gravis artemo (lintres *Schwartzius*) *Vollmer*: rupes maris artemo tor- *itgersius*: remos gravis arte molybdos *Krohnius*

Glaucus adhuc patriis quotiens adlabitur oris
litoream blanda feriens Anthedona cauda.
tu tamen ante omnes, diva cum matre Palaemon,
annue, si vestras amor est mihi pandere Thebas,
nec cano degeneri Phoebeum Amphiona plectro.
et pater, Aeolio frangit qui carcere ventos,
cui varii flatus omnisque per aequora mundi
spiritus atque hiemes nimbosaque nubila parent,
artius obiecto Borean Eurumque Notumque
monte premat: soli Zephyro sit copia caeli,
solus agat puppes summasque supernatet undas
assiduus pelago; donec tua turbine nullo
laeta Paraetoniis adsignet carbasa ripis.'
audimur. vocat ipse ratem nautasque morantes
increpat. ecce meum timido iam frigore pectus
labitur et nequeo, quamvis monet ominis horror,
claudere suspensos oculorum in margine fletus.
iamque ratem terris divisit fune soluto
navita et angustum deiecit in aequora pontem.
saevus ⟨et⟩ e puppi longo clamore magister
dissipat amplexus atque oscula fida revellit,
nec longum cara licet in cervice morari.
attamen in terras e plebe novissimus omni
ibo nec egrediar nisi iam ⟨cedente⟩ carina.
    quis rude et abscissum miseris animantibus aequor
fecit iter solidaeque pios telluris alumnos
expulit in fluctus pelagoque immisit hianti
audax ingenii? nec enim temeraria virtus
illa magis, summae gelidum quae Pelion Ossae
iunxit anhelantemque iugis bis pressit Olympum.
usque adeone parum lentas transire paludes

---

37 Glaucus ς: Glaucas 44 atque *Politianus*: at 49 Laeta: laesa *Heinsius* 52 monet *Klotzius*: movet 55 angustum ς: augustum 56 saevus et e ς: Saevus e 60 iam cedente carina ς: iam carina: iam currente carina *Politianus?* 61 abscissum ς: abscisum 63 hianti ς: hiantes

et angustos summittere pontibus amnes?
bruptum gentilesque undique terras
xigua clausi trabe et aere nudo.
ventis indignataeque procellae
emitus et fulmina plura Tonanti.
pigro torpebant aequora somno,
re Thetis nec spargere nubila fluctus
visis tumuerunt puppibus undae,
inem surrexit hiems. tunc nubila Plias
e pecus, solito tunc peior Orion.
r; fugit ecce vagas ratis acta per undas
minor et longe servantia vincit
gracili ligno complexa timores,
uper reliquos te, nostri pignus amoris,
Celer. quo nunc ego pectore somnos
am perferre dies? quis cuncta paventi
n facili te praetermiserit unda
ida ora maris, num torta Charybdis
t Siculi populatrix virgo profundi,
currenti praeceps gerat Hadria mores,
Carpathio, quali te subvehat aura
norei furtis blandita iuvenci?
questus. quid enim te castra petente
d ignotos ibam comes impiger Indos
nque chaos? starem prope bellica regis
, seu tela manu seu frena teneres,
u iura dares; operumque tuorum
ocius, certe mirator adessem.
m magno Phoenix reverendus Achilli
liacum Thymbraeaque Pergama venit
umidoque nihil iuratus Atridae,

---

stos ς: augustos   75 Audebant: gaudebant *Mark-*
quaeque c: Quaque: quamque *vel* quique *Krohnius*:
landus   nostris (s *finale exp. et del.* **M**[1])   82 por-
tat dura *Leo*   quo — quove *Skutschius*: quos —
84 facili c: facilis (*secundum Souterum* s *exp.*)
del. **M**[1]) atridae

cur nobis ignavus amor? sed pectore fido
numquam abero longisque sequar tua carbasa votis.
Isi, Phoroneis olim stabulata sub antris,
nunc regina Phari numenque orientis anheli,
excipe multisono puppem Mareotida sistro
ac iuvenem egregium, Latius cui ductor Eoa
signa Palaestinasque dedit frenare cohortes,
ipsa manu placida per limina festa sacrosque
duc portus urbesque tuas. te praeside noscat,
unde paludosi fecunda licentia Nili,
cur vada desidant et ripa coerceat undas
Cecropio stagnata luto, cur invida Memphis,
curve Therapnaei lasciviat ora Canopi,
cur servet Pharias Lethaeus ianitor aras,
vilia cur magnos aequent animalia divos;
quae sibi praesternat vivax altaria Phoenix,
quos dignetur agros aut quo se gurgite Nili
mergat adoratus trepidis pastoribus Apis.
duc et ad Emathios manes, ubi belliger urbis
conditor Hyblaeo perfusus nectare durat,
anguiferamque domum, blando qua morsa veneno
Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.
usque et in Assyrias sedes mandataque castra
prosequere et Marti iuvenem, dea, trade Latino.
nec novus hospes erit: puer his sudavit in arvis
notus adhuc tantum maioris lumine clavi,
iam tamen et turmas facili praevertere gyro
fortis et Eoas iaculo damnare sagittas.
ergo erit illa dies, qua te maiora daturus
Caesar ab emerito iubeat discedere bello,

---

100 Numquam: nusquam ς 109 coerceat ς: coercent 110 stagnata: stagnante ς 119 anguiferam ς: Aguiferam qua morsa veneno *Heinsius*: quaqua mersa veneno: qua mer veterno *Marklandus* 121 massirias c(*del.* M^1) sedes 123 his sudavit in arvis ς: his (hic ς) sudavit in armis 124 lumine *Nohlius*: numine: munere ς 125 facili: facil Otto

at nos hoc iterum stantes in litore vastos
cernemus fluctus aliasque rogabimus auras.
o tum quantus ego aut quanta votiva movebo
plectra lyra! cum me magna cervice ligatum
attolles umeris atque in mea pectora primum
incumbes e puppe novus servataque reddes
colloquia inque vicem medios narrabimus annos,
tu rapidum Euphraten et regia Bactra sacrasque
antiquae Babylonis opes et Zeuma, Latinae
pacis iter, qua dulce nemus florentis Idymes,
qua pretiosa Tyros rubeat, qua purpura suco
Sidoniis iterata cadis, ubi germine primum
candida felices sudent opobalsama virgae:
ast ego, devictis dederim quae busta Pelasgis
quaeve laboratas claudat mihi pagina Thebas.

III.

CONSOLATIO AD CLAUDIUM ETRUSCUM.

Summa deum, Pietas, cuius gratissima caelo
rara profanatas inspectant numina terras,
huc vittata comam niveoque insignis amictu,
qualis adhuc praesens nullaque expulsa nocentum
fraude rudes populos atque aurea regna colebas,
mitibus exequiis ades et lugentis Etrusci
cerne pios fletus laudataque lumina terge.
nam quis inexpleto rumpentem pectora questu
complexumque rogos incumbentemque favillis

129 at ς: Ac 135. 134 b *et* a *praescriptis ordinem versuum restituit* M^1 134 incumbes ς: Incumbens 137 zeuma (*cf. V 3, 187*): Zeugma c *vulgo* 138 qua: quam *Baehrens* 139 Qua praeciosa tiros rubeat qua purpura suco: quo pr. T. r. quo p. fuco *Gronovius* 140 cadis *Gronovius*: vadis primum: primo *Peyraredus* 142 Pelasgis ς: pelagis 143 Quaeve: quaeque a
III. CONSOLACIO · ADCLAVDIVM · ETRVSCVM

aspiciens non aut primaevae funera plangi
coniugis aut nati modo pubescentia credat
ora rapi flammis? pater est, qui fletur. adeste
dique hominesque sacris. procul hinc, procul ite nocent
si cui corde nefas tacitum fessique senectus
longa patris, si quis pulsatae conscius umquam
matris et inferna rigidum timet Aeacon urna:
insontes castosque voco. tenet ecce seniles
leniter implicitos vultus sanctamque parentis
canitiem spargit lacrimis animaeque supremum
frigus amat; celeres genitoris filius annos
— mira fides! — nigrasque putat properasse sorores.
exultent placidi Lethaea ad flumina manes,
Elysiae gaudete domus; date serta per aras
festaque pallentes hilarent altaria lucos.
felix, a! nimium felix plorataque nato
umbra venit. longe Furiarum sibila, longe
tergeminus custos, penitus via longa patescat
manibus egregiis. eat horrendumque silentis
accedat domini solium gratesque supremas
perferat et totidem iuveni roget anxius annos.
macte pio gemitu! dabimus solacia dignis
luctibus Aoniasque tuo sacrabimus ultro
inferias, Etrusce, seni! tu largus Eoa
germina, tu messes Cilicumque Arabumque superba
merge rogis; ferat ignis opes heredis et alto
aggere missuri nitido pia nubila caelo
stipentur cineres: nos non arsura feremus
munera, venturosque tuus durabit in annos
me monstrante dolor. neque enim mihi flere paren
ignotum, similis gemui proiectus ad ignem.

---

15 umquam: umbram *Marklandus* 18 implicitos ς: plicitor: implicitus ς 21 nigrasque: pigrasque *Heinsiu* 25 a *Baehrens*: et: heu c: o *Bentleius*: en *Polster* largu largius 40 gemui *Politianus*: gemini ignem: *Marklandus*

mihi tua damna dies compescere cantu
det: et ipse tuli quos nunc tibi confero questus.
non tibi clara quidem, senior placidissime, gentis
a nec proavis demissum stemma, sed ingens
plevit fortuna genus culpamque parentum
uluit. nec enim dominos de plebe tulisti,
quibus occasus pariter famulantur et ortus.
pudor iste tibi: quid enim terrisque poloque
endi sine lege manet? vice cuncta reguntur
rnisque premunt. propriis sub regibus omnis
a; premit felix regum diademata Roma;
c ducibus frenare datum; mox crescit in illos
erium superis. sed habent et numina legem:
it et astrorum velox chorus et vaga servit
nec iniussae totiens redit orbita lucis,
— modo si fas est aequare iacentia summis —
tulit et saevi Tirynthius horrida regis
ta, nec erubuit famulantis fistula Phoebi.
neque barbaricis Latio transmissus ab oris:
rna tibi gentile solum potusque verendo
e Meles Hermique vadum, quo Lydius intrat
chus et aurato reficit sua cornua limo.
a dehinc series variisque ex ordine curis
tus honos; semperque gradi prope numina, semper
sareum coluisse latus sacrisque deorum
nis haerere datum. Tibereia primum
tibi vixdum ora nova mutante iuventa
ditur — hic annis multa super indole victis
rtas oblata venit — nec proximus heres,
nitis quamquam et Furiis agitatus, abegit.

---

47 famulantur: famulatur ς 49 reguntur *Gevartius*: ntur 52 ducibus ς: dulcibus 56 Et: sic *Baehrens* potusque: notusque *Lottichius* 61 Lydius ς: lilius gradi *Meursius*: gradu: gradus *Peyraredus* 65 Caesarium 66 thybereia 68 multa: multum *Otto* victis M[1]: victus 69 oblata: optata *Hirschfeldius*

hinc et in Arctoas tenuis comes usque pruinas
terribilem adfatu passus visuque tyrannum
immanemque suis, ut qui metuenda ferarum
corda domant mersasque iubent iam sanguine tacto
reddere ab ore manus et nulla vivere praeda.
praecipuos sed enim merito surrexit in actus
nondum stelligerum senior dimissus in axem
Claudius et longo transmittit habere nepoti.
quis superos metuens pariter tot templa, tot aras
promeruisse datur? summi Iovis aliger Arcas
nuntius; imbrifera potitur Thaumantide Iuno;
stat celer obsequio iussa ad Neptunia Triton:
tu totiens mutata ducum iuga rite tulisti
integer, inque omni felix tua cumba profundo.
iamque piam lux alta domum praecelsaque toto
intravit Fortuna gradu; iam creditur uni
sanctarum digestus opum partaeque per omnis
divitiae populos magnique impendia mundi.
quicquid ab auriferis eiectat Hiberia fossis,
Dalmatico quod monte nitet, quod messibus Afris
verritur, aestiferi quicquid terit area Nili,
quodque legit mersus pelagi scrutator Eoi,
et Lacedaemonii pecuaria culta Galaesi
perspicuaeque nives Massylaque robora et Indi
dentis honos: uni parent commissa ministro,
quae Boreas quaeque Eurus atrox, quae nubilus Auster
invehit: hibernos citius numeraveris imbres
silvarumque comas. vigil idem animique sagacis

---

71 Hinc: hunc *ed. Aldina*: huic *Politianus* 73 suis: subis *Hirschfeldius* quie 76 surrexit: subvexit *Politianus* (?) *et Heinsius* actus ς: artus 77 dimissus *Peyraredus*: demissus 78 longo: longum *Gevartius* transmittit: transmisit *Marklandus* 82 Stat: nat *Heinsius* 89 Quitquid Hiberia ς: helberia 96 nubilus ς: nubibus 98 vigil idem animique sagacis *Leo*: vigilite (vigil ite *sep.* M^1) animaeque sagacis: vigil usque (iste *Guyetus*: ipse *Marklandus*) animique sagacis *Salmasius*: vigili tu animoque sagaci *Peyraredus*: vigilis tu animique sagacis *Imhofius*

evolvit quantum Romana sub omni
quantumque tribus, quid templa, quid alti
cursus, quid propugnacula poscant
aut longe series porrecta viarum;
nini celsis niteat laquearibus aurum,
um in vultus igni formanda liquescat
iid Ausoniae scriptum crepet igne Monetae.
rara quies animoque exclusa voluptas,
ue dapes et numquam laesa profundo
:o; sed iura tamen genialia cordi
m vincire toris ac iungere festa
et fidos domino genuisse clientes.
lime genus formamque insignis Etruscae
haud quamquam proprio mihi cognita visu,
s eximium famae par reddit imago,
et similis natorum gratia monstrat.
are genus; fasces summamque curulem
Ausonios enses mandataque fidus
lit, cum prima truces amentia Dacos
et magno gens est damnata triumpho.
uid patrio cessatum a sanguine, mater
obscurumque latus clarescere vidit
gavisa domus. nec pignora longe;
is ad partus venit Lucina manuque
gravidos tetigit fecunda labores.
si longa dies, si cernere vultus
viridisque genas tibi iusta dedissent
sed media cecidere abrupta iuventa
lorentesque manu scidit Atropos annos;

citus evolvit *Salmasius*: Exitus evolvit: anxius *Leo*) evolvit *Hirschfeldius*: excitus evolvis *Peyraredus*: volvis *Imhofius* 104 viultus 105 igne: arce *us* 111 genus: decus *Marklandus* 112 quam- uaquam 113 eximium (*alterum* ĭ *supra v.* **M**[2]) ibimet similis *Skutschius et Krohnius*: Vultibus et milis 115 vulgare *in ras.* **M**[1] 118 tiumpho iid 124 a: o ς

qualia pallentes declinant lilia culmos
pubentesque rosae primos moriuntur ad austros,
aut ubi verna novis expirat purpura pratis.
illa, sagittiferi, circumvolitastis, Amores,
funera maternoque rogos unxistis amomo;
nec modus aut pennis laceris aut crinibus ignem
spargere, collectaeque pyram struxere pharetrae.
quas tunc inferias aut quae lamenta dedisses
maternis, Etrusce, rogis, qui funera patris
haud matura putas atque hos pius ingemis annos!
illum et qui nutu superas nunc temperat arces,
progeniem claram terris partitus et astris,
laetus Idymaei donavit honore triumphi
dignatusque loco victricis et ordine pompae
non vetuit, tenuesque nihil minuere parentes.
atque idem in cuneos populo deduxit equestres
mutavitque genus laevaeque ignobile ferrum
exuit et celso natorum aequavit honorem.
dextra bis octonis fluxerunt saecula lustris,
atque aevi sine nube tenor. quam dives in usus
natorum totoque volens excedere censu,
testis adhuc largi nitor inde adsuetus Etrusci,
cui tua non humilis dedit indulgentia mores.
hunc siquidem amplexu semper revocante tenebas
blandus et imperio numquam pater; huius honori

---

128 tit. Afric. (cf. Gsell, rech. archéol. en Algérie 189[illegible] p. 270 et Buecheler, anth. epigr. II 1787) . . allente ////// eclina[illegible] llia (*sic!*) culm . . . . esq rosae primos moriuntur a[illegible] . . . . vernovis (*sic!*) expirat purpura pratis.

---

130 ubi ς: tibi 132 maternoque ς: maternosque 134 collectaeque: collataeque *Gronovius*: coniectaeque *Heins*[illegible] 136 Etrusce ς: etrusca 138 temperat ς: temperet 141 dignatusque: dignatumque *Koestlinius* et: in *Baehr*[illegible] 143 populo deduxit *Otto*: populos deduxit: populo te edux[illegible] *Burmannus*: populo seduxit *Baehrens* 145 celso — honore[illegible] *Krohnius*: celso — honore: celse — honori *Salmasius* 146 ottonis

pronior ipse etiam gaudebat cedere frater.
quas tibi devoti iuvenes pro patre renato,
summe ducum, grates, aut quae pia vota rependunt!
tu — seu tarda situ rebusque exhausta senectus
erravit seu blanda diu Fortuna regressum
maluit — attonitum et venturi fulminis ictus
horrentem tonitru tantum lenique procella
contentus monuisse senem; cumque horrida supra
aequora curarum socius procul Itala rura
linqueret, hic molles Campani litoris oras
et Diomedeas concedere iussus in arces
atque hospes, non exul, erat. nec longa moratus
Romuleum reseras iterum, Germanice, limen
maerentemque foves inclinatosque penates
erigis. haud mirum, ductor placidissime, quando
haec est quae victis parcentia foedera Cattis
quaeque suum Dacis donat clementia montem,
quae modo Marcomanos post horrida bella vagosque
Sauromatas Latio non est dignata triumpho.
  iamque in fine dies et inexorabile pensum
deficit. hic maesti pietas me poscit Etrusci,
qualia nec Siculae moderantur carmina rupes
nec fati iam certus olor saevique marita
Tereos. heu quantis lassantem brachia vidi
planctibus et prono fusum super oscula vultu!
vix famuli comitesque tenent, vix arduus ignis
summovet. haud aliter gemuit per inania Theseus
litora, qui falsis deceperat Aegea velis.
tunc immane gemens foedatusque ora tepentes
adfatur cineres:
                    'cur nos, fidissime, linquis

---

155 rependunt: rependant ς 157 erravit c: errabit
68 victis M[1]: victus 174 moderantur: modulantur *Bentleius*
179 per inania *Bursianus*: periuria: per Sunia *Polster*
80 Litora: (*servato* periuria *v. 179*) litore ς: altera *Sandtroemius* 182 cur ς: cui

Fortuna redeunte, pater? modo numina magni
praesidis atque breves superum placavimus iras,
nec frueris tantique orbatus muneris usu
ad manes, ingrate, fugis. nec flectere Parcas
aut placare malae datur aspera numina Lethes?
felix, cui magna patrem cervice vehenti
sacra Mycenaeae patuit reverentia flammae!
quique tener saevis genitorem Scipio Poenis
abstulit et Lydi pietas temeraria Lausi.
ergo et Thessalici coniunx pensare mariti
funus et immitem potuit Styga vincere supplex
Thracius? hoc quanto melius pro patre liceret!
non totus rapiere tamen, nec funera mittam
longius; hic manes, hic intra tecta tenebo:
tu custos dominusque laris, tibi cuncta tuorum
parebunt; ego rite minor semperque secundus
assiduas libabo dapes et pocula sacris
manibus effigiesque colam: te lucida saxa,
te similem doctae referet mihi linea cerae,
nunc ebur et fulvum vultus imitabitur aurum.
inde viam morum longaeque examina vitae
adfatusque pios monituraque somnia poscam.'
talia dicentem genitor dulcedine laeta
audit et immites lente descendit ad umbras
verbaque dilectae fert narraturus Etruscae.
salve supremum, senior mitissime patrum,
supremumque vale, qui numquam sospite nato
triste chaos maestique situs patiere sepulcri.
semper odoratis spirabunt floribus arae,
semper et Assyrios felix bibet urna liquores
et lacrimas, qui maior honos. hic sacra litabit
manibus eque tua tumulum tellure levabit.

---

189 reverentia ς: reventia 191 Lydi ς: lichi (*vel* lidii) 201 cerae ς: c&r& 202 fulvum ς: fuulum **204** monituraque c: morituraque 207 cetret *in mg.* M[1] (*spectat ad v. 201*) 210 situs ς: sitiss 214 tumulum ς: tumultum

tra quoque exemplo meritus tibi carmina sancit
etiam gaudens cinerem donasse sepulcro.

IV.

CAPILLI FLAVI EARINI.

Ite, comae, facilemque precor transcurrite pontum,
coronato recubantes molliter auro;
dabit cursus mitis Cytherea secundos
cabitque notos, fors et de puppe timenda
asferet inque sua ducet super aequora concha.
ipe laudatos, iuvenis Phoebeie, crines,
s tibi Caesareus donat puer, accipe laetus
nsoque ostende patri. sine dulce nitentes
aparet atque diu fratris putet esse Lyaei.
an et ipse comae numquam labentis honorem
emetet atque alio clusum tibi ponet in auro.
Pergame, pinifera multum felicior Ida!
licet sacrae placeat sibi nube rapinae
nempe dedit superis illum, quem turbida semper
o videt refugitque manum nectarque recusat —,
tu grata deis pulchroque insignis alumno
isti Latio, placida quem fronte ministrum
piter Ausonius pariter Romanaque Iuno
iciunt et uterque probant. nec tanta potenti
arum domino divum sine mente voluptas.
dicitur Idalios Erycis de vertice lucos
a petit et molles agitat Venus aurea cygnos,
gameas intrasse domos, ubi maximus aegris
iliator adest et festinantia sistens
salutifero mitis deus incubat angui.

---

sancit: sanxit *ed. Parmensis*
IV. CAPILLI · FLAVI · IERINI (*cf. Sid. Apoll. carm. 22 epist.*
9 fratris ς: fratres 12 Perga me 13 nube: laude
klandus: pube *Koestlinius* 21 id alios 22 sy (*del.* M[1])
os 23 Perga meas

hic puerum egregiae praeclarum sidere formae
ipsius ante dei ludentem conspicit aras.
ac primum subita paulum decepta figura
natorum de plebe putat; sed non erat illi
arcus et ex umeris nullae fulgentibus umbrae.
miratur puerile decus vultumque comasque
aspiciens 'tune Ausonias' ait 'ibis ad arces,
neglectus Veneri? tu sordida tecta iugumque
servitii vulgare feres? procul absit: ego isti,
quem meruit, formae dominum dabo. vade age mecum,
vade, puer: ducam volucri per sidera curru
donum immane duci; nec te plebeia manebunt
iura: Palatino famulus deberis amori.
nil ego, nil, fateor, toto tam dulce sub orbe
aut vidi aut genui. cedet tibi Latmius ultro
Sangariusque puer quemque irrita fontis imago
et sterilis consumpsit amor. te caerula Nais
mallet et adprensa traxisset fortius urna.
tu, puer, ante omnis; solus formosior ille,
cui daberis.' sic orsa leves secum ipsa per auras
tollit olorinaque iubet considere biga.
nec mora. iam Latii montes veterisque penates
Euandri, quos mole nova pater inclitus orbis
excolit et summis aequat Germanicus astris.
tunc propior iam cura deae, quae forma capillis
optima, quae vestis roseos accendere vultus
apta, quod in digitis, collo quod dignius aurum.
norat caelestis oculos ducis ipsaque taedas
iunxerat et plena dederat conubia dextra:
sic ornat crines, Tyrios sic fundit amictus,
dat radios ignemque suum. cessere priores
deliciae famulumque greges; hic pocula magno

---

26 egregiae ς: egregie 34 procul ς: procul procul 39 tam ς: iam 40 cedet: cedat ς Latmius ς: lamus 47 veterisque *Barthius*: veteresque 48 Euandi orbis: urbis ς 57 gregres

ma duci murrasque graves crystallaque portat
didiore manu: crescit nova gratia Baccho.
e puer superis, qui praelibare verendum
tar et ingentem totiens contingere dextram
ctus, quam nosse Getae, quam tangere Persae
meniique Indique petunt! o sidere dextro
te, multa tibi divum indulgentia favit!
n etiam, ne prima genas lanugo nitentes
peret et pulchrae fuscaret gratia formae,
e deus patriae celsam trans aequora liquit
gamon. haud ulli puerum mollire potestas
dita, sed tacita iuvenis Phoebeius arte
iter haud ullo concussum vulnere corpus
sexu transire iubet. tamen anxia curis
rdetur puerique timet Cytherea dolores.
dum pulchra ducis clementia coeperat ortu
actos servare mares; nunc frangere sexum
ue hominem mutare nefas, gavisaque solos
s genuit natura videt, nec lege sinistra
e timent famulae natorum pondera matres.
quoque nunc iuvenis, genitus si tardius esses,
bratusque genas et adultos fortior artus,
unum gaudens Phoebea ad limina munus
isses; patrias nunc solus crinis ad oras
iget. hunc multo Paphie saturabat amomo,
c nova tergemina pectebat Gratia dextra.
c et purpurei cedet coma saucia Nisi,
quam Sperchio tumidus servabat Achilles.
i, cum primum niveam praecerpere frontem
retum est umerosque manu nudare nitentes,
urrunt teneri Paphia cum matre volucres
ediuntque comas et Serica pectore ponunt
lia. tunc iunctis crinem incidere sagittis

---

60 *interpunxi cum Vollmero* 61 continguere 62 Flectus 68 ulli ς: illi 70 corpus ς: corpeus 72 cithera ma (*del.* M[1]) famulae 83 hunc ς: Nunc 84 cedet: ce- ς saucia ς: faucia

atque auro gemmisque locant, rapit ipsa cadentem
mater et arcanos iterat Cytherea liquores.
tunc puer e turba, manibus qui forte supinis
nobile gemmato speculum portaverat auro,
'hoc quoque demus', ait; 'patriis nec gratius ullum
munus erit templis ipsoque potentius auro.
tu modo fige aciem et vultus hic usque relinque.'
sic ait et speculum reclusit imagine rapta.
at puer egregius tendens ad sidera palmas,
'his mihi pro donis, hominum mitissime custos,
si merui, longa dominum renovare iuventa
atque orbi servare velis! hoc sidera mecum,
hoc undae terraeque rogant. eat, oro, per annos
Iliacos Pyliosque simul, propriosque penates
gaudeat et secum Tarpeia senescere templa.'
sic ait et motas miratur Pergamos aras.

V.

* * * * * * * * * * *

Quid mihi maesta die, sociis quid noctibus, uxor,
anxia pervigili ducis suspiria cura?
non metuo ne laesa fides aut pectore in isto
alter amor; nullis in te datur ire sagittis
— audiat infesto licet hoc Rhamnusia vultu —,
non datur. et si egomet patrio de litore raptus
quattuor emeritis per bella, per aequora lustris
errarem, tu mille procos intacta fugares,
non intersectas commenta retexere telas,
sed sine fraude palam, thalamosque armata negasses.

---

91 cadentem *Schrader*: cadentes 95 patriis ς: patri 97 hic *Barthius*: huc: hos *Marklandus* 98 reclusit: seclu *Gronovius* 99 at ς: Ac 103 oro ς: ore annos ς: ann
V. VIA DOMITIANA: EGLOGA AD UXOREM ς 1 Quid ς: Qu
9 *intersectas* ς: interfectas: imperfectas ς

;amen, unde alta mihi fronte et nubila vultus?
: quod Euboicos fessus remeare penates
ıror et patria senium componere terra?
hoc triste tibi? certe lascivia corde
ı nec aut rapidi mulcent te proelia Circi
intrat sensus clamosi turba theatri;
probitas et opaca quies et sordida numquam
lia.
quas autem comitem te rapto per undas?
ıquam et si gelidas irem mansurus ad Arctos
super Hesperiae vada caligantia Thyles
septemgemini caput haut penetrabile Nili,
arere vias. etenim tua — nempe benigna
n mihi sorte Venus iunctam florentibus annis
ıt et in senium —, tua, quae me vulnere primo
:tum thalamis et adhuc iuvenile vagantem
ti, tua frena libens docilisque recepi,
ɜmel insertas non mutaturus habenas
.e premo. tu me nitidis Albana ferentem
comis sanctoque indutum Caesaris auro
ribus complexa tuis sertisque dedisti
la anhela meis; tu, cum Capitolia nostrae
ata lyrae, saevum ingratumque dolebas
ım victa Iovem; tu procurrentia primis
ina nostra sonis totasque in murmure noctes
rapis vigili; longi tu sola laboris
ɔia, cumque tuis crevit mea Thebais annis.
ɜm te nuper Stygias prope raptus ad umbras,
iam Lethaeos audirem comminus amnes,
ci, tenuique oculos iam morte cadentes.
et exhausti Lachesis mihi tempora fati

1 alta: alia *ed. Aldina*: alba *Cornelissenus* 15 rapidi: ι *Wakefieldius* mulcent ς: mulcem 16 clamosi: osi *Baehrens* 20 vel ς: Ves 21 haut penetrabile c: netrabile: impenetrabile ς 25 intactum ς: Intantum *Politianus*: ter 29 comis ς: comes 32 dolebas c: ɜs: dolere (*inf. hist.*) *Krohnius*

te tantum miserata dedit, superique potentes
invidiam timuere tuam. post ista propinquum
nunc iter optandosque sinus comes ire moraris?
heu ubi nota fides totque explorata per usus,
qua veteres, Latias Graias, heroidas aequas?
isset ad Iliacas — quid enim deterret amantes? —
Penelope gavisa domos, si passus Ulixes;
questa est Aegiale, questa est Meliboea relinqui,
et quam — quam saevi! — fecerunt maenada planctus.
nec minor his tu nosse fidem vitamque maritis
dedere. sic certe cineres umbramque priorem
quaeris adhuc, sic exequias amplexa canori
coniugis ingentes iterasti pectore planctus,
iam mea. nec pietas alia est tibi curaque natae,
sic et mater amas, sic numquam corde recedit
nata tuo, fixamque animi penetralibus imis
nocte dieque tenes. non sic Trachinia nidos
Alcyone, vernos non sic Philomela penates
circumit amplectens animamque in pignora transfert.
et nunc illa tenet, viduo quod sola cubili
otia iam pulchrae terit infecunda iuventae.
sed venient, plenis venient conubia taedis.
sic certe formaeque bonis animique meretur;
sive chelyn complexa petit seu voce paterna
discendum Musis sonat et mea carmina flectit,
candida seu molli diducit brachia motu:
ingenium probitas artemque modestia vincit.
nonne leves pueros, non te, Cytherea, pudebit

45 graias: Graiasque ς 46 Iliacas ς: iliacos 48 Meliboea ς: melibia 49 quam — quam saevi! — *Politianus*: quamquam saevi (*mirum in modum hic locus coniecturis temptatus est*) 50 vitamque ς: victamque: invictamque *Baehrens* 55 corde recedit **M**[1]: recedit corde 56 penetrabilibus 57 Trachinia ς: intracia 58 vernos ς: nervos philomelia 60 tenet: tepet *Baehrens* viduum — cubile *Gevartius* 61 iam: tam *Politianus* 63 animique ς: animaeque 64 petit: ferit *Peyraredus*: quatit *Waller*

hoc cessare decus? nec tantum Roma iugales
conciliare toros festasque accendere taedas
fertilis: et nostra generi tellure dabuntur.
non adeo Vesuvinus apex et flammea diri
montis hiems trepidas exhausit civibus urbes:
stant populisque vigent. hinc auspice condita Phoebo
tecta Dicarchei portusque et litora mundi
hospita: at hinc magnae tractus imitantia Romae
quae Capys advectis implevit moenia Teucris.
nostra quoque et propriis tenuis nec rara colonis
Parthenope, cui mite solum trans aequora vectae
ipse Dionaea monstravit Apollo columba.
has ego te sedes — nam nec mihi barbara Thrace
nec Libye natale solum — transferre laboro,
quas et mollis hiems et frigida temperat aestas,
quas imbelle fretum torpentibus adluit undis.
pax secura locis et desidis otia vitae
et numquam turbata quies somnique peracti.
nulla foro rabies aut strictae in iurgia leges:
morum iura viris solum et sine fascibus aequum.
quid nunc magnificas species cultusque locorum
templaque ⟨et⟩ innumeris spatia interstincta columnis,
et geminam molem nudi tectique theatri
et Capitolinis quinquennia proxima lustris,
quid laudem litus libertatemque Menandri,
quam Romanus honos et Graia licentia miscent?
nec desunt variae circa oblectamina vitae:
sive vaporiferas, blandissima litora, Baias,
enthea fatidicae seu visere tecta Sibyllae

---

70 toros ς: toro 72 vesuvinus M^1: vesuinus 74 hinc *Heinsius*: hic 75 mundi: mundo *Marklandus* 77 Neapolitanus fuit Statius m *in mg.* 78 Nostra quoque et: nostra quoque haud *Marklandus*: nostraque nec *Otto* 80 Dionea — columba *Politianus*: dioneae — columbae 82 libre 86 peracti: parati ς 90 templaque et ς: Templaque 93 litus: lusus *Baehrens*: lites *Lundstroemius*: risus *Lindenbrogius* 94 Graia ς: grata

dulce sit Iliacoque iugum memorabile remo,
seu tibi Bacchei vineta madentia Gauri
Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis
lumina noctivagae tollit Pharus aemula lunae,
caraque non molli iuga Surrentina Lyaeo,
quae meus ante alios habitator Pollius auget,
Aenarumque lacus medicos Stabiasque renatas:
mille tibi nostrae referam telluris amores?
sed satis hoc, coniunx, satis est dixisse: creavit
me tibi, me socium longos adstrinxit in annos.
nonne haec amborum genetrix altrixque videri
digna? sed ingratus qui plura adnecto tuisque
moribus indubito: venies, carissima coniunx,
praeveniesque etiam; sine me tibi ductor aquarum
Thybris et armiferi sordebunt tecta Quirini.

---

104 Aenarumque *Vollmer*: Denarumque: Aenariaeque *ς*: Dimidiaeque *Imhofius*: Inarimesque *Unger* Stabiasque *Heinsius*: staviasque 110 venies **M**[1]: veniem (?)

P · PAPINI · STATII · SILVARUM · LIBER · | III · EXPLIC · INCIP · LIBER · IIII

P. PAPINI STATII
S I L V A R U M
LIBER IV.

STATIUS MARCELLO SUO SALUTEM.

Inveni librum, Marcelle carissime, quem pietati uae dedicarem. reor equidem aliter quam invocato umine maximi imperatoris nullum opusculum meum oepisse; sed hic liber tres habet * * * * * * * * * * se quam quod quarta ad honorem uum pertinet. primo autem septimum decimum Germanici nostri consulatum adoravi; secundo gratias egi acratissimis eius epulis honoratus; tertio viam Domiianam miratus sum, qua gravissimam harenarum moam exemit. cuius beneficio tu quoque maturius epitolam meam accipies, quam tibi in hoc libro a Neapoli cribo. proximum est lyricum carmen ad Septimium everum, iuvenem, uti scis, inter ornatissimos secundi rdinis, tuum quidem et condiscipulum, sed mihi citra oc quoque ius artissime carum. nam Vindicis nostri Ierculem Epitrapezion secundum honorem, quem de

IV. 6 invo cato (*coni.* **M**²) 7 maximi **M**²: maximum pus cubum (*corr.* **M**²) 8 habet . . . . . se quam *lacunam atuere Hahnius et Vollmer*: habet se quam 9 quod (o *ex* a **M**¹) 12 sacratis simis (*coni.* **M**²) epulis ς: epistolis 14 quoue **M**²: quo 15 meam: eam *Marklandus* a nea|poli **M**²: ue a|poli 16 septimium **M**²: septimum 18 con discipuım (s *supra v. add.* **M**²) citra *Nohlius et Bursianus*: contra 19 artissime: arctissime **M**²

me et de ipsis studiis meretur, imputare etiam tibi possum. Maximum Vibium et dignitatis et eloquentiae nomine a nobis diligi satis eram testatus epistola, quam ad illum de editione Thebaidos meae publicavi; sed nunc quoque eum reverti maturius ex Dalmatia rogo. iuncta est egloga ad municipem meum Iulium Menecratem, splendidum iuvenem et Pollii mei generum, cui gratulor quod Neapolim nostram numero liberorum honestaverit. Plotio Grypo, maioris gradus iuveni, dignius opusculum reddam, sed interim hendecasyllabos, quos Saturnalibus una risimus, huic volumini inserui.

quare ergo plura in quarto silvarum quam in prioribus? ne se putent aliquid egisse, qui reprehenderunt, ut audio, quod hoc stili genus edidissem. primum supervacuum est dissuadere rem factam; deinde multa ex illis iam domino Caesari dederam, et quanto hoc plus est quam edere? exercere autem ioco non licet? 'secreto' inquit. sed et sphaeromachias spectamus et palaris lusio admittit. novissime: quisquis ex meis invitus aliquid legit, statim se profiteatur adversum. ita, quare consilio eius accedam? in summam, nempe ego sum qui traducor; taceat et gaudeat. hunc tamen librum tu, Marcelle, defendes, et si videtur, hactenus, sin minus, reprehendemur. vale.

22 vivium **M²**: uiuium 24 thebais statii **M²** *in mg.* 38 ioco: iocos c 39 sphero machias 40 palaris — admittit: pilaris — admittitur ς 41 profiteatur: profitetur *cum Aldina Vahlenus* 44 sed si videtur, hactenus. hunc tamen librum tu Marcelle defendes, sin minus, reprehendemur *Vollmer, alii alia* 45 VALE *rubris litteris*

I.

SEPTIMUS DECIMUS CONSULATUS IMP. AUG. GERMANICI.

Laeta bis octonis accedit purpura fastis
Caesaris insignemque aperit Germanicus annum
atque oritur cum sole novo, cum grandibus astris
clarius ipse nitens et primo maior Eoo.
exultent leges Latiae gaudete curules,
et septemgemino iactantior aethera pulset
Roma iugo, plusque ante alias Euandrius arces
collis ovet: subiere novi Palatia fasces,
et requiem bissenus honos precibusque receptis
curia Caesareum gaudet vicisse pudorem.
ipse etiam immensi reparator maximus aevi
attollit vultus et utroque a limine grates
Ianus agit, quem tu vicina Pace ligatum
omnia iussisti componere bella novique
in leges iurare fori. levat ecce supinas
hinc atque inde manus geminaque haec voce profatur:
'salve, magne parens mundi, qui saecula mecum
instaurare paras, talem te cernere semper
mense meo tua Roma cupit; sic tempora nasci,
sic annos intrare decet. da gaudia fastis
continua; hos umeros multo sinus ambiat ostro
et properata tuae manibus praetexta Minervae.
aspicis ut templis alius nitor, altior aris
ignis et ipsa meae tepeant tibi sidera brumae?
moribus atque tuis gaudent turmaeque tribusque
purpureique patres, lucemque a consule ducit
omnis honos? quid tale, precor, prior annus habebat?
dic age, Roma potens, et mecum, longa Vetustas,
dinumera fastos nec parva exempla recense,

I. 1 ottonis 5 gaudete M^2: gaudere 9 bissenus *Stangius*: bissextus 11 eciam (ci *ex* a M^1) 23 aris: astris M^1 *in mg.* 25 atque: aequa *Bursianus* 26 patres M^1: patris

sed quae sola meus dignetur vincere Caesar.
ter Latio deciesque tulit labentibus annis
Augustus fasces, sed coepit sero mereri:
tu iuvenis praegressus avos. et quanta recusas,
quanta vetas! flectere tamen precibusque senatus
promittes hunc saepe diem. manet insuper ordo
longior, et totidem felix tibi Roma curules
terque quaterque dabit. mecum altera saecula condes,
et tibi longaevi renovabitur ara parentis;
mille tropaea feres, tantum permitte triumphos:
restat Bactra novis, restat Babylona tributis
frenari; nondum gremio Iovis Indica laurus,
nondum Arabes Seresque rogant, nondum omnis honorem
annus habet, cupiuntque decem tua nomina menses.'
   sic Ianus clausoque libens se poste recepit.
tunc omnes patuere dei laetoque dederunt
signa polo, longamque tibi rex, magne, iuventam
annuit atque suos promisit Iuppiter annos.

II.

EUCHARISTICON AD IMP. AUG. GERM. DOMITIANUM.

   Regia Sidoniae convivia laudat Elissae,
qui magnum Aenean Laurentibus intulit arvis,
Alcinoique dapes mansuro carmine monstrat,
aequore qui multo reducem consumpsit Ulixem:
ast ego, cui sacrae Caesar nova gaudia cenae
nunc primum dominaque dedit consurgere mensa,
qua celebrem mea vota lyra, qua solvere grates

---

31 latio: Latios *Gronovius*   32 fasces ς: faces   sed: et *Krohnius*   35 promittes ς: Promittitis: permittes e   hunc saepe M[1]: saepe hunc   38 parentis: Tarenti *Turnebus*   permitte ς: promitte   40 babilonia   41 nondum gremio: nondum in gremio *Livineius*   45 patuere: favere *Baehrens*

II. EUCHARISTICON · AD · IMP · AUG · GERM · DOMITIANU (*alterum* i *huius vocis et* ū *add. supra v. rubr.*)   4 reducem ς: ruducem   7 qua solvere *Vollmer*: quas solvere

ficiam? non, si pariter mihi vertice laeto
tat odoratas et Smyrna et Mantua lauros,
na loquar. mediis videor discumbere in astris
a Iove et Iliaca porrectum sumere dextra
nortale merum! steriles transmisimus annos:
c aevi mihi prima dies, hic limina vitae.
e ego, regnator terrarum orbisque subacti
gne parens, te, spes hominum, te, cura deorum,
no iacens? datur haec iuxta, datur ora tueri
a inter mensasque et non adsurgere fas est?
tectum augustum, ingens, non centum insigne columnis,
quantae superos caelumque Atlante remisso
tentare queant. stupet hoc vicina Tonantis
ia, teque pari laetantur sede locatum
nina — nec magnum properes excedere caelum —:
ta patet moles effusaeque impetus aulae
rior campi multumque amplexus operti
ieros et tantum domino minor; ille penates
let et ingenti genio iuvat. aemulus illic
is Libys Iliacusque nitet, . . . multa Syene
Chios et glaucae certantia Doridi saxa
iaque portandis tantum suffecta columnis.
ga supra species: fessis vix culmina prendas
bus auratique putes laquearia caeli.
cum Romuleos proceres trabeataque Caesar
nina mille simul iussit discumbere mensis,
i sinus accincta Ceres Bacchusque laborat
icere. aetherii felix sic orbita fluxit
otolemi; sic vitifero sub palmite nudos
oravit colles et sobria rura Lyaeus.

9 odoratas: adoratas ς 13 hic: haec ς 14 subasti 15 curam deorum 22 nec magnum pr. excedere caelum: nagnum pr. escendere caelum *Gronovius*: ne in magnum excedere caelum *Lundstroemius* 24 campi: campo *Poli-us* 27 nitet . . . multa (spaciū $\mathbf{M}^1$ *in mg.*): nitet ⟨hic⟩ a *Baehrens*; *suppl.* ⟨nec⟩ *Schwartzius*: ⟨tum⟩ *Elter*) hios ς: duos Doridi *Politianus*: doride 34 laborat: rant a 36 T triptolemi vitifero: uvifero Krohnius

sed mihi non epulas Indisque innixa columnis
robora Maurorum famulasque ex ordine turmas,
ipsum, ipsum cupido tantum spectare vacavit
tranquillum vultus et maiestate serena
mulcentem radios summittentemque modeste
fortunae vexilla suae; tamen ore nitebat
dissimulatus honos. talem quoque barbarus hostis
posset et ignotae conspectum agnoscere gentes.
non aliter gelida Rhodopes in valle recumbit
dimissis Gradivus equis; sic lubrica ponit
membra Therapnaea resolutus gymnade Pollux,
sic iacet ad Gangen Indis ululantibus Euhan,
sic gravis Alcides post horrida iussa reversus
gaudebat strato latus adclinare leoni.
parva loquor necdum aequo tuos, Germanice, vultus:
talis, ubi Oceani finem mensasque revisit
Aethiopum sacro diffusus nectare vultus
dux superum secreta iubet dare carmina Musas
et Pallenaeos Phoebum laudare triumphos.
di tibi — namque animas saepe exaudire minores
dicuntur — patriae bis terque exire senectae
annuerint fines! rata numina miseris astris,
templaque des habitesque domos! saepe annua pandas
limina, saepe novo Ianum lictore salutes,
saepe coronatis iteres quinquennia lustris!
qua mihi felices epulas mensaeque dedisti
sacra tuae, talis longo post tempore venit
lux mihi, Troianae qualis sub collibus Albae,
cum modo Germanas acies modo Daca sonantem
proelia Palladio tua me manus induit auro.

---

41 vultus et *Politianus*: vultu sed   48 Menbra   54 sacro: sacros ς   61 limina ς: Lumina   66 Daca ς: flaca   67 induit ς: induet

III.

VIA DOMITIANA.

Quis duri silicis gravisque ferri
immanis sonus aequori propinquum
saxosae latus Appiae replevit?
certe non Libycae sonant catervae
nec dux advena peierante bello
Campanos quatit inquietus agros,
nec frangit vada montibusque caesis
inducit Nero sordidas paludes,
sed qui limina bellicosa Iani
iustis legibus et foro coronat,
qui castae Cereri diu negata
reddit iugera sobriasque terras,
qui fortem vetat interire sexum
et censor prohibet mares adultos
pulchrae supplicium timere formae,
qui reddit Capitolio Tonantem
et Pacem propria domo reponit,
qui genti patriae futura semper
sancit lumina Flaviumque caelum:
hic segnis populi vias gravatus
et campos iter omne detinentes
longos eximit ambitus novoque
iniectu solidat graves harenas
gaudens Euboicae domum Sibyllae
Gauranosque sinus et aestuantes
septem montibus admovere Baias.
hic quondam piger axe vectus uno
nutabat cruce pendula viator

III. 2 aequori ς: aequoris 6 inquietus (*alterum* i *supra add.* M[2]) 11 qui ς: Quis 13 qui ς: Quis 19 luna: limina ς: numina *Buecheler* caelum *Turnebus*: calm: cultum *Baehrens*: culmen *ed. Aldina* 20 segnis ς: nis: caenis *Gronovius* gravatus *Heinsius*: gravatas uno: udo *Heinsius*

sorbebatque rotas maligna tellus,
et plebs in mediis Latina campis
horrebat mala navigationis;
nec cursus agiles, sed impeditum
tardabant iter orbitae tacentes,
dum pondus nimium querens sub alta
repit languida quadrupes statera.
at nunc, quae solidum diem terebat,
horarum via facta vix duarum.
non tensae volucrum per astra pennae
nec velocius ibitis, carinae.
  hic primus labor inchoare sulcos
et rescindere limites et alto
egestu penitus cavare terras;
mox haustas aliter replere fossas
et summo gremium parare dorso,
ne nutent sola, ne maligna sedes
et pressis dubium cubile saxis;
tunc umbonibus hinc et hinc coactis
et crebris iter alligare gomfis.
o quantae pariter manus laborant!
hi caedunt nemus exuuntque montes,
hi ferro scopulos trabesque levant;
illi saxa ligant opusque texunt
cocto pulvere sordidoque tofo;
hi siccant bibulas manu lacunas
et longe fluvios agunt minores.
hae possent et Athon cavare dextrae
et maestum pelagus gementis Helles
intercludere ponte non natanti.
his parvus, nisi cliviae vetarent,

---

33 tacentes: iacentes *Marklandus*: latentes *Burmann*
35 repit ς: Repit (*cf. ad v. 79*) 36 at ς: Ac 40 la
43 fossas ς: fossos 46 faxis *(nihil adn. Souter)* 48 g
53 sordidoque: torridoque *Heinsius* 59 cliviae *Is. Vo*
deviae (*vel* cleviae): di viam Barthius

Inous freta miscuisset Isthmos.
fervent litora mobilesque silvae,
it longus medias fragor per urbes,
atque echon simul hinc et inde fractam
Gauro Massicus uvifer remittit.
miratur sonitum quieta Cyme
et Literna palus pigerque Savo.
   at flavum caput umidumque late
crinem mollibus impeditus ulvis
Vulturnus levat ora maximoque
pontis Caesarei reclinus arcu
raucis talia faucibus redundat:
   'camporum bone conditor meorum,
qui me vallibus aviis refusum
et ripas habitare nescientem
recti legibus alvei ligasti,
et nunc ille ego turbidus minaxque,
vix passus dubias prius carinas,
iam pontem fero perviusque calcor;
qui terras rapere et rotare silvas
adsueram — pudet! —, amnis esse coepi;
sed grates ago servitusque tanti est,
quod sub te duce, te iubente cessi,
quod tu maximus arbiter meaeque
victor perpetuus legere ripae.
et nunc limite me colis beato
nec sordere sinis malumque late
deterges sterilis soli pudorem,
ne me pulvereum gravemque caelo
Tyrrheni sinus obruat profundi,

---

62 it c: Et   fragror   63 ethon   hinc hinc et inde
Massicus ς: marsicus   66 Savo c: sason   73 qui ς:
is   74 et ς: It   79 repit **M**[1] *in mg.* (*spectat ad v. 35*)
servitusque *Politianus*: scruitusque   84 Victor: vinctor
einsius   perpetuus (*alterum* e *ex* i **M**[1])   88 caelo: caeno ς
89 obruat ς: obluat

qualis Cinyphius tacente ripa
Poenos Bagrada serpit inter agros,
sed talis ferar, ut nitente cursu
tranquillum mare proximumque possim
puro gurgite provocare Lirim.'
  haec amnis pariterque se levarat
ingenti plaga marmorata dorso.
huius ianua prosperumque limen
arcus, belligeris ducis tropaeis
et totis Ligurum nitens metallis,
quantus nubila qui coronat imbri.
illic flectitur excitus viator,
illic Appia se dolet relinqui.
tunc velocior acriorque cursus,
tunc ipsos iuvat impetus iugales;
ceu fessis ubi remigum lacertis
primae carbasa ventilatis, aurae.
ergo omnes, age, quae sub axe primo
Romani colitis fidem parentis,
prono limite commeate gentes,
Eoae citius venite laurus.
nil obstat cupidis, nihil moratur:
qui primo Tiberim relinquit ortu,
primo vespere naviget Lucrinum.
  sed quam fine viae recentis imo,
qua monstrat veteres Apollo Cumas,
albam crinibus infulisque cerno!
visu fallimur? an sacris ab antris
profert Chalcidicas Sibylla laurus?
cedamus; chely, iam repone cantus:
vates sanctior incipit, tacendum est.

---

90 tacente: iacente *Peyraredus*: latente *Sch*
95 levarat: levabat ς 96 mamorata 98 bellig
ligeri c 100 imbri: Iri ς 101 fectitur 104
ipso 106 ventilatis (— *super* a *et add. et del.*
114 imo a: uno 118 Profest calchidicas 119 ro

en! et colla rotat novisque late
bacchatur spatiis viamque replet.
tunc sic virgineo profatur ore:
'dicebam, veniet — manete campi
atque amnis —, veniet favente caelo,
qui foedum nemus et putres harenas
celsis pontibus et via levabit.
en! hic est deus, hunc iubet beatis
pro se Iuppiter imperare terris;
quo non dignior has subit habenas,'
ex quo me duce praescios Averni
Aeneas avide futura quaerens
lucos et penetravit et reliquit.
hic paci bonus, hic timendus armis,
Natura melior potentiorque.
hic si flammigeros teneret axes,
largis, India, nubibus maderes,
undaret Libye, teperet Haemus.
salve, dux hominum et parens deorum,
provisum mihi conditumque numen.
nec iam putribus evoluta chartis
sollemni prece quindecim virorum
perlustra mea dicta, sed canentem
ipsam comminus, ut mereris, audi.
vidi quam seriem merentis aevi
pronectant tibi candidae sorores:
magnus te manet ordo saeculorum,
natis longior abnepotibusque
annos perpetua geres iuventa,
quos fertur placidos adisse Nestor,
quos Tithonia computat senectus
et quantos ego Delium poposci.

125 favente ς: favete   134 bonus **M**[1]: boniss   140 con-tumque: cognitumque ς   145 Vidi: audi *Heinsius*   se-em ς: series   merentis: recentis *Krohnius*   150 placidos isse: pl. obisse **c**: placidus subisse *Heinsius*   151 tithonia: cithonia

iuravit tibi iam nivalis Arctus,
nunc magnos Oriens dabit triumphos.
ibis qua vagus Hercules et Euhan
ultra sidera flammeumque solem
et Nili caput et nives Atlantis,
et laudum cumulo beatus omni
scandes belliger abnuesque currus;
donec Troicus ignis et renatae
Tarpeius pater intonabit aulae,
haec donec via te regente terras
annosa magis Appia senescat.'

IV.

EPISTOLA AD VITORIUM MARCELLUM.

Curre per Euboicos non segnis, epistola, campos,
hac ingressa via, qua nobilis Appia crescit
in latus et molles solidus premit agger harenas.
atque ubi Romuleas velox penetraveris arces,
continuo dextras flavi pete Thybridis oras,
Lydia qua penitus stagnum navale coercet
ripa suburbanisque vadum praetexitur hortis.
illic egregium formaque animisque videbis
Marcellum et celso praesignem vertice nosces.
cui primam solito vulgi de more salutem,
mox inclusa modis haec reddere verba memento:
'iam terras volucremque polum fuga veris aquosi
laxat et Icariis caelum latratibus urit;
ardua iam densae rarescunt moenia Romae.
hos Praeneste sacrum, nemus hos glaciale Dianae,

---

157 et Nili: ad Nili *Brandesius, qui v.* 158 *ante* 157 *collocari iubet* 159 scandes ς: Sandes 162 regente ς: gerente 163 senescat: senescet *Heinsius*

IV. EPISTOLA · AD · VICTORIUM · MARCILLUM 2 via *Vollmer*: vias 5 contimuo 8 illic ς: Ille: illac *Krohnius* 9 vertite 10 primam: primum ς 13 lantrantibus

aut horrens aut Tuscula protegit umbra,
hi lucos Anienaque frigora captant.
ıe clamosae quaenam plaga mitior urbi
t? aestivos quo decipis aere soles?
ıus ante omnis, tua cura potissima, Gallus,
noster amor — dubium morumne probandus
bonis — Latiis aestivat in oris
talliferae repetit iam moenia Lunae
ısque domos? quod si tibi proximus haeret,
nunc vestro procul a sermone recedo;
st, inde sonus geminas mihi circumit aures.
lum nimio possessa Hyperione flagrat
eonaei iuba sideris, exue curis
t assiduo temet furare labori.
operit pharetras arcumque retendit
et Eleis auriga laboribus actos
ermulcet equos et nostra fatescit
ıe chelys: vires instigat alitque
va quies, maior post otia virtus!
tata Briseide venit Achilles
positis erupit in Hectora plectris.
ıe flammabit tacite repetita parumper
t solidos novus exultabis in actus.
ı Latiae non miscent iurgia leges,
piger annus habet messesque reversae
forum. nec iam tibi turba reorum
querulique rogant exire clientes;
nteni moderatrix iudicis hasta,
sublimi iam nunc celeberrima fama
t iuvenis facundia praeterit annos.
arum, cui non Heliconia cordi
imbelles Parnasi e vertice laurus,

ıenaque ς: amenaque 18 quae nam: quae iam 22 ingeniine ς: Ingeniive 26 geminas geminas ꝛp. M¹) cirumit 27 fraglat 30 operit ς: 32 Alpheo ς: Alpheos 36 positis ς: postis 38 solidos: solitos ς 40 habet ς: labet

sed viget ingenium et magnos accinctus in usus
fert animus quascumque vices: nos otia vitae
solamur cantu ventosaque gaudia famae
quaerimus. en egomet somnum et geniale secutus
litus, ubi Ausonio se condidit hospita portu
Parthenope, tenues ignavo pollice chordas
pulso Maroneique sedens in margine templi
sumo animum et magni tumulis adcanto magistri:
at tu, si longi cursum dabit Atropos aevi,
— detque, precor, Latiique ducis sic numina pergant,
quem tibi posthabito studium est coluisse Tonante,
quique tuos alio subtexit munere fasces
et spatia obliquae mandat renovare Latinae! —
forsitan Ausonias ibis frenare cohortes
aut Rheni populos aut nigrae litora Thyles
aut Histrum servare datur metuendaque portae
limina Caspiacae. nec enim tibi sola potentis
eloquii virtus: sunt membra accommoda bellis
quique gravem tarde subeant thoraca lacerti:
seu campo pedes ire pares, est agmina supra
nutaturus apex; seu frena sonantia flectes,
serviet asper equus. nos facta aliena canendo
vergimur in senium: propriis tu pulcher in armis
ipse canenda geres parvoque exempla parabis
magna Getae, dignos quem iam nunc belliger actus
poscit avos praestatque domi novisse triumphos.
surge, agedum, iuvenemque, puer, deprende parentem,
stemmate materno felix, virtute paterna.
iam te blanda sinu Tyrio sibi curia felix
educat et cunctas gaudet spondere curules.' —
haec ego Chalcidicis ad te, Marcelle, sonabam

60 obliquae: antiquae c 63 datur *Imhofius*: datus: latus c 64 pontentis 65 menbra 66 tarde: faciles *Otto* 68 nutaturus ς: Nittaurus 71 ipse ς: Ipsa parvoque ς: parvaque 73 avos prestatque: avus (c) perstatque *Peyraredus* 76 curia *Marklandus*: gloria 78 calchidicis

litoribus, fractas ubi Vesvius erigit iras,
aemula Trinacriis volvens incendia flammis.
mira fides! credetne virum ventura propago,
cum segetes iterum, cum iam haec deserta virebunt,
infra urbes populosque premi proavitaque tosto
rura abiisse mari? necdum letale minari
cessat apex. procul ista tuo sint fata Teati
nec Marrucinos agat haec insania montes.
nunc si forte meis quae sint exordia musis
scire petis, iam Sidonios emensa labores
Thebais optato collegit carbasa portu
Parnasique iugis silvaque Heliconide festis
tura dedit flammis et virginis exta iuvencae
votiferaque meas suspendit ab arbore vittas.
nunc vacuos crines alio subit infula nexu:
Troia quidem magnusque mihi temptatur Achilles,
sed vocat arcitenens alio pater armaque monstrat
Ausonii maiora ducis. trahit impetus illo
iam pridem retrahitque timor. stabuntne sub illa
mole umeri an magno vincetur pondere cervix?
dic, Marcelle, feram? fluctus an sueta minores
nosse ratis nondum Ioniis credenda periclis?
iamque vale et penitus voti tibi vatis honorem
corde exire veta. nec enim Tirynthius * * * *
* * * * * * * * * * * * almae
pectus amicitiae; cedet tibi gloria fidi
Theseos, et lacerum qui circa moenia Troiae
Priamiden caeso solacia traxit amico.

---

79 Vesvius ς: ve suus erigit ς: eriget 80 trinacriis **M**[1]: trinacrius 83 tosto *Vollmer*: toto: cocto *Krohnius*: tota *Grasberger* 85 tuo sint (*sic iam ed. Parmensis*) fata Teati *Imhofius* (*nisi forte vox Teate ut Reate indeclinabilis est tuendumque e finale*): tuos in fata teate: tibi sint fata, Teate *Marklandus* 86 Marrucinos ς: maur (*del.* **M**[1]) marucinos 91 iuveneae 101 voti: noti ς honorem: amorem c 102 *lacunam statuit Leo cum Marklando; locus varie temptatus*

V.

ODE LYRICA AD SEPTIMIUM SEVERUM.

Parvi beatus ruris honoribus,
qua prisca Teucros Alba colit lares,
fortem atque facundum Severum
non solitis fidibus saluto.

iam trux ad Arctos Parrhasias hiems
concessit altis obruta solibus,
iam pontus ac tellus renident
in Zephyros Aquilone fracto.

nunc cuncta veris frondibus annuis
crinitur arbos, nunc volucrum novi
questus inexpertumque carmen,
quod tacita statuere bruma.

nos parca tellus pervigil et focus
culmenque multo lumine sordidum
solantur exemptusque testa
qua modo ferbuerat Lyaeus.

non mille balant lanigeri greges,
nec vacca dulci mugit adultero,
unique siquando canenti
mutus ager domino reclamat.

sed terra primis post patriam mihi
dilecta curis; hic mea carmina
regina bellorum virago
Caesareo peramavit auro,

V. 8 in Zephyros aquilone fracto *Buecheler et Krohnius*: Iam zephiros aquilone fractos 9 veris: veri *Baehrens*: ruris *Wernsdorfius* 10 crinitur ς: Crinitus 13 nos ς: Hos 16 qua ς: Quo: qui c: cum *Vollmer* ferbuerat ς: fer uerat 17 balant ς: lavant lanigeri ς: lapigeri 21 est (*del.* M[1]) post 22 hic *Heinsius*: hinc 24 peramavit: decoravit *Marklandus*

cum tu sodalis dulce periculum
conisus omni pectore tolleres,
ut Castor ad cunctos tremebat
Bebryciae strepitus harenae.

tene in remotis Syrtibus avia
Leptis creavit? iam feret Indicas
messes odoratisque rara
cinnama praeripiet Sabaeis.

quis non in omni vertice Romuli
reptasse dulcem Septimium putet?
quis fonte Iuturnae relictis
uberibus neget esse pastum?

nec mira virtus: protinus Ausonum
portus vadosae nescius Africae
intras adoptatusque Tuscis
gurgitibus puer innatasti.

hinc parvus inter pignora curiae
contentus ⟨artae⟩ lumine purpurae
crescis, sed immensos labores
indole patricia secutus.

non sermo Poenus, non habitus tibi,
externa non mens: Italus, Italus.
sunt Urbe Romanisque turmis,
qui Libyam deceant alumni.

est et frementi vox hilaris foro,
venale sed non eloquium tibi;
ensisque vagina quiescit,
stringere ni iubeant amici.

---

28 strepitus harenae: crepitus habenae *Schrader*
reptasse ς: Raptasse 38 nescius *Avantius*: nesciet
artae *Burmannus*: *om. sine lac.*: arto *Turnebus* 47 Urbe ς:
rbae 48 libram 49 hilaris: habilis *Marklandus*
ni ς: ne

sed rura cordi saepius et quies,
nunc in paternis sedibus et solo
Veiente, nunc frondosa supra
Hernica, nunc Curibus vetustis.

hic plura pones vocibus et modis
passim solutis, sed memor interim
nostri verecundo latentem
barbiton ingemina sub antro.

VI.

HERCULES EPITRAPEZIOS NOVI VINDICIS.

Forte remittentem curas Phoeboque levatum
pectora, cum patulis tererem vagus otia Saeptis
iam moriente die, rapuit me cena benigni
Vindicis. haec imos animi perlapsa recessus
inconsumpta manet. neque enim ludibria ventris
hausimus aut epulas diverso a sole petitas
vinaque perpetuis aevo certantia fastis.
a miseri! quos nosse iuvat, quid Phasidis ales
distet ab hiberna Rhodopes grue, quis magis anser
exta ferat, cur Tuscus aper generosior Umbro,
lubrica qua recubent conchylia mollius alga:
nobis verus amor medioque Helicone petitus
sermo hilaresque ioci brumalem absumere noctem
suaserunt mollemque oculis expellere somnum,
donec ab Elysiis prospexit sedibus alter
Castor et hesternas risit Tithonia mensas.
o bona nox iunctaque utinam Tirynthia luna!
nox et Erythraeis Thetidis signanda lapillis
et memoranda diu geniumque habitura perennem!

---

54 nunc in ς: Nunc et in 58 passim ς: Passum: passu *Marklandus* interum 60 ingemina *Gronovius*: ingeminas
VI. 5 manet ς: manent 6 a: e ς 10 p (*del.* M[1]) generosior 14 somnum ς: sumnum 19 habitura *Avantius*: habitumque

mille ibi tunc species aerisque eborisque vetusti
atque locuturas mentito corpore ceras
edidici. quis namque oculis certaverit usquam
Vindicis, artificum veteres agnoscere ductus
et non inscriptis auctorem reddere signis?
haec tibi quae docto multum vigilata Myroni
aera, laboriferi vivant quae marmora caelo
Praxitelis, quod ebur Pisaeo pollice rasum,
quid Polycliteis iussum spirare caminis,
linea quae veterem longe fateatur Apellen,
monstrabit: namque haec, quotiens chelyn exuit, illi
desidia est, hic Aoniis amor avocat antris.
    haec inter castae genius tutelaque mensae
Amphitryoniades multo mea cepit amore
pectora nec longo satiavit lumina visu:
tantus honos operi finesque inclusa per artos
maiestas! deus ille, deus! seseque videndum
indulsit, Lysippe, tibi parvusque videri
sentirique ingens! et cum mirabilis intra
stet mensura pedem, tamen exclamare libebit,
si visus per membra feres: 'hoc pectore pressus
vastator Nemees, haec exitiale ferebant
robur et Argoos frangebant brachia remos.'
ac spatium! tam magna brevi mendacia formae!
quis modus in dextra, quanta experientia docti
artificis curis, pariter gestamina mensae
fingere et ingentes animo versare colossos!
tale nec Idaeis quicquam Telchines in antris
nec stolidus Brontes nec, qui polit arma deorum,
Lemnius exigua potuisset ludere massa.

---

21 corpere   25 Haec: hic c   26 caelo *Avantius*: caeli   30 monstrabit *Gevartius*: monstravit   illi *Gevartius*: ille   35 finesque inclusa per artos ς: finesque (tenuesque *Bursianus*: iuvenesque *Polster*) incl. per artus   37 Indulsit (l *ex* s M^1, l *exp.* M^2, *voluit ergo* Inclusit)   39 pedem *Politianus*: pedum   40 menbra   43 Ac spacium: a! spatio *Baehrens*   47 quitquam thelcines

nec torva effigies epulisque aliena remissis,
sed qualem parci domus admirata Molorchi
aut Aleae lucis vidit Tegeaea sacerdos;
qualis et Oetaeis emissus in astra favillis
nectar adhuc torva laetus Iunone bibebat:
sic mitis vultus, veluti de pectore gaudens,
hortatur mensas. tenet haec marcentia fratris
pocula, at haec clavae meminit manus; aspera sedis
sustinet et cultum Nemeaeo tegmine saxum.
  digna operi fortuna sacro. Pellaeus habebat
regnator laetis numen venerabile mensis
et comitem occasus secum portabat et ortus,
praestabatque libens modo qua diademata dextra
abstulerat dederatque et magnas verterat urbes.
semper ab hoc animos in crastina bella petebat,
huic acies semper victor narrabat opimas,
sive catenatos Bromio detraxerat Indos
seu clusam magna Babylona refregerat hasta
seu Pelopis terras libertatemque Pelasgam
obruerat bello; magnoque ex agmine laudum
fertur Thebanos tantum excusasse triumphos.
ille etiam, magnos Fatis rumpentibus actus,
cum traheret letale merum, iam mortis opaca
nube gravis vultus alios in numine caro
aeraque supremis timuit sudantia mensis.
  mox Nasamoniaco decus admirabile regi
possessum; fortique deo libavit honores
semper atrox dextra periuroque ense superbus
Hannibal. Italicae perfusum sanguine gentis

---

51 parti admisata 52 Aleae *Hermolaus Barbarus*: taleae Tegeaea ς: tegea 55 vultus: vultu *Handius*: vultum *Baehrens* 57 clavae *Marklandus*: levae 58 Nemeaeo ς: nemeo 59 Pellaeus ς: polleus 62 Prestabatque: pressabatque c: pressabatque *Schrader* 64 ab *vulgo*: ad (d *in ras. ex* b **M**[1]) 65 acies — narrabat opimas ς: acie — narrabat opinas: acie — sacrabat opima *Bursianus*: acie — narrasse *(inf. hist.)* propinans Krohnius 78 Italicae ς: italiae

liraque Romuleis portantem incendia tectis
derat, et cum epulas, et cum Lenaea dicaret
lona, deus castris maerens comes ire nefandis,
raecipue cum sacrilega face miscuit arces
psius immeritaeque domos ac templa Sagunti
olluit et populis furias immisit honestas.
nec post Sidonii letum ducis aere potita
gregio plebeia domus. convivia Syllae
rnabat semper claros intrare penates
dsuetum et felix dominorum stemmate signum.
nunc quoque, si mores humanaque pectora curae
losse deis; non aula quidem, Tirynthie, nec te
egius ambit honos, sed casta ignaraque culpae
nens domini, cui prisca fides coeptaeque perenne
oedus amicitiae. scit adhuc florente sub aevo
ar magnis Vestinus avis, quem nocte dieque
pirat et in carae vivit complexibus umbrae.
ic igitur tibi laeta quies, fortissime divum,
Alcide, nec bella vides pugnasque feroces,
ed chelyn et vittas et amantes carmina laurus.
ic tibi solemni memorabit carmine, quantus
liacas Geticasque domos quantusque nivalem
Stymphalon quantusque iugis Erymanthon aquosis
errueris, quem te pecoris possessor Hiberi,
uem tulerit saevae Mareoticus arbiter arae.
ic penetrata tibi spoliataque limina mortis
oncinet et flentes Libyae Scythiaeque puellas.
ec te regnator Macetum nec barbarus umquam

---

79 portantem ς: portentem 81 comes ς: comis nep
del. **M**[1]) nefandis 82 sacrilega *Gronovius*: sacrilegas
rces ς: artes 83 immeritaeque ς: meritaeque sgunti
85 aere ς: aera 86 egregio ς: Egregia Syllae
Iandius: sibillae (*alterum* i *ex* u **M**[1]) 89 si: sic *Schrader*
90 Tirynthie *Politianus*: tirintia 91 casta ς: castra
94 magnis s (s *del.* **M**[1]) vestinus avis *Avantius*: aquis
96 divum **M**[1]: divumque 101 Strymphalon
05 Libyae ς: libre

Hannibal aut saevi posset vox horrida Syllae
his celebrare modis. certe tu, muneris auctor,
non aliis malles oculis, Lysippe, probari.

VII.

ODE LYRICA AD VIBIUM MAXIMUM.

Iam diu lato sociata campo
fortis heroos, Erato, labores
differ atque ingens opus in minores
contrahe gyros,

tuque, regnator lyricae cohortis
da novi paulum mihi iura plectri,
si tuas cantu Latio sacravi,
Pindare, Thebas:

Maximo carmen tenuare tempto;
nunc ab intonsa capienda myrto
serta, nunc maior sitis et bibendus
castior amnis.

quando te dulci Latio remittent
Dalmatae montes, ubi Dite viso
pallidus fossor redit erutoque
concolor auro?

ecce me natum propiore terra
non tamen portu retinent amoeno
desides Baiae liticenve notus
Hectoris armis.

VII. ODE · LYRICA · AD · VIVIVM · MAXIMVM · 1 sociata: tiata ς: spatiata ς 2 heroos ς: herois 15 fossor ς: fes 19 liticenve notus Hectoris armis *ed. Parmensis*: laticem *motus* H. amnis

torpor est nostris sine te Camenis,
tardius sueto venit ipse Thymbrae
rector et primis meus ecce metis
haeret Achilles.

quippe te fido monitore nostra
Thebais multa cruciata lima
temptat audaci fide Mantuanae
gaudia famae.

sed damus lento veniam, quod alma
prole fundasti vacuos penates.
o diem laetum! venit ecce nobis
Maximus alter!

orbitas omni fugienda nisu,
quam premit votis inimicus heres,
optimo poscens — pudet heu! — propinquo
funus amice.

orbitas nullo tumulata fletu:
stat domo capta cupidus superstes
imminens leti spoliis et ipsum
computat ignem.

duret in longum generosus infans,
perque non multis iter expeditum
crescat in mores patrios avumque
provocet actis!

tu tuos parvo memorabis enses,
quos ad Eoum tuleras Orontem
signa frenatae moderatus alae
Castore dextro;

35 propinquo funus amice *Krohnius et Klotzius*: propinquo funus amici: propinquom f. amico *vulgo* 46 Eoum ς: eum tuleras: tuleris *Avantius*

ille ut invicti rapidum secutus
Caesaris fulmen refugis amaram
Sarmatis legem dederit, sub uno
vivere caelo.

sed tuas artes puer ante discat,
omne quis mundi senium remensus
orsa Sallusti brevis et Timavi
reddis alumnum.

VIIII.

GRATULATIO AD IULIUM MENECRATEN.

Pande fores superum vittataque templa Sabaeis
nubibus et pecudum fibris spirantibus imple,
Parthenope; clari genus ecce Menecratis auget
tertia iam soboles. procerum tibi nobile vulgus
crescit et insani solatur damna Vesaevi.
nec solum festas secreta Neapolis aras
ambiat: et socii portus dilectaque miti
terra Dicearcheo nec non plaga cara madenti
Surrentina deo sertis altaria cingat,
materni qua litus avi, quem turba nepotum
circumit et similes contendit reddere vultus.
gaudeat et Libyca praesignis avunculus hasta,
quaeque sibi genitos putat attollitque benigno
Polla sinu. macte, o iuvenis, qui tanta merenti
lumina das patriae. dulcis tremit ecce tumultus
tot dominis clamata domus. procul atra recedat

VIIII. GLATVLATIO · AD · IVLIVM · MENECRATEN · 1 Pan(re *del. rubr.*) sorores (*del.* M¹ *et rubr.*) fores 3 Menecrati menecrates 8 Dicarcheo *Baehrens*: dicachen: Dicaea *Krohnius* (*cf. III 1, 92*) 11 similes — vultus: simili — v *Heinsius* 12 hastas (s *finale del.* M¹) 15 dulcis tr ecce tumultus: dulci tremit (fremit *Heinsius*: strepit *Baeh* ecce tumultu c

Invidia atque alio liventia pectora flectat:
his senium longaeque decus virtutis et alba
Atropos et patrius laurus promisit Apollo.
ergo quod Ausoniae pater augustissimus urbis
ius tibi tergeminae dederat laetabile prolis,
omen erat. venit totiens Lucina piumque
intravit repetita larem. sic fertilis, oro,
stet domus et donis numquam mutata sacratis.
macte, quod et proles tibi saepius aucta virili
robore, sed iuveni laetanda et virgo parenti
— aptior his virtus, citius dabit illa nepotes —,
qualis maternis Helene iam digna palaestris
inter Amyclaeos reptabat candida fratres;
vel qualis caeli facies, ubi nocte serena
admovere iubar mediae duo sidera lunae.
sed queror haud faciles, iuvenum rarissime, questus
irascorque etiam, quantum irascuntur amantes.
tantane me decuit vulgari gaudia fama
noscere? cumque tibi vagiret tertius infans,
protinus ingenti non venit nuntia cursu
littera, quae festos cumulare altaribus ignes
et redimire chelyn postesque ornare iuberet
Albanoque cadum sordentem promere fumo
et cantu signare diem, sed tardus inersque
nunc demum mea vota cano? tua culpa tuusque
hic pudor. ulterius sed enim producere questus
non licet; en hilaris circumstat turba tuorum
defensatque patrem. quem non hoc agmine vincas?
di patrii, quos auguriis super aequora magnis
litus ad Ausonium devexit Abantia classis,
tu, ductor populi longe migrantis, Apollo,

19 laurus *Krohnius*: lauro: lauros ς *vulgo* 21 ger (*del.* M[1]) ter geminae 24 mutata: nudata *Marklandus* 26 sed iuveni laetanda et *Vollmer*: sed (spem *Hertzius*) iuveni letam dat: sed iuveni laetandast *Baehrens* 32 rarissime: carissime ς 38 redimere 39 Albanoque: Albanique *Krohnius* 40 cantu: creta *Bentleius* sed: sic *Baehrens* 46 Abantia ς: ab anxia

cuius adhuc volucrem laeva cervice sedentem
respiciens blande felix Eumelis adorat,
tuque, Actaea Ceres, cursu cui semper anhelo
votivam taciti quassamus lampada mystae,
et vos, Tyndaridae, quos non horrenda Lycurgi
Taygeta umbrosaeque magis coluere Therapnae:
hos cum plebe sua patrii servate penates.
sint, qui fessam aevo crebrisque laboribus urbem
voce opibusque iuvent viridique in nomine servent.
his placidos genitor mores largumque nitorem
monstret avus, pulchrae studium virtutis uterque.
quippe et opes et origo sinunt hanc lampade prima
patricias intrare fores, hos pube sub ipsa,
si modo prona bonis invicti Caesaris adsint
numina, Romulei limen pulsare senatus.

IX.

HENDECASYLLABI IOCOSI AD PLOTIUM GRYPUM.

Est sane iocus iste, quod libellum
misisti mihi, Grype, pro libello.
urbanum tamen hoc potest videri,
si post hoc aliquid mihi remittas;
nam si ludere, Grype, perseveras,
non ludis. licet, ecce, computemus!
noster purpureus novusque charta
et binis decoratus umbilicis,
praeter me mihi constitit decussis:

---

49 eumeliss 50 Actaea ς: acea 52 lygurgi 53 Targeta 54 patrii: patriae *Gronovius* 55 fessam ς: fossam 57 his placidos ς: His placidus: hos placidus *Sud-hausius* 59 hanc *Gevartius*: hac 61 bonis (b *in ras.* *ex* p **M**[1])

IX. ENDECA · SYLLABI · IOCOSI · ADPLOTIV̄ · GRYPVM · 4 si post hoc aliquid mih (mihi **M**[2] *in mg.*) remittas: si post hoc aliud mihi remittes *Heinsius* 7 ca‸tha 8 umbilicis ς: *umbilicus* 9 decussis: decussi *Turnebus*

tu rosum tineis situque putrem,
quales aut Libycis madent olivis
aut tus Niliacum piperve servant
aut Byzantiacos colunt lacertos,
nec saltem tua dicta continentem,
quae trino iuvenis foro tonabas,
aut centum prope iudices, priusquam
te Germanicus arbitrum sequenti
annonae dedit omniumque late
praefecit stationibus viarum,
sed Bruti senis oscitationes
de capsa miseri libellionis
emptum plus minus asse Gaiano,
donas. usque adeone defuerunt
caesis pillea suta de lacernis
vel mantelia luridaeve mappae,
chartae Thebaicaeve Caricaeve?
nusquam turbine conditus ruenti
prunorum globus atque cottanorum?
non enlychnia sicca, non replictae
bulborum tunicae? nec ova tantum
nec lenes halicae nec asperum far?
nusquam Cinyphiis vagata campis
curvarum domus uda coclearum?
non lardum grave debilisve perna?
non lucanica, non graves falisci,
non sal oxyporumve caseusve,
aut panes viridantis aphronitri

12 miliacum 13 colunt: olent *Heinsius* 21 libellio-is ς: libelliones 24 caesis: scissis *Heinsius* suta ς: icta (*vel* suta *vel* sicca) 26 Carthae 28 cottanorum ς: attanorum 29 eulychnia: ellychnia *vulgo* 30 bulborum ς: ullorum 31 lenes *Heinsius*: leves 34 grave: breve *Mark-indus* 35 Lucanica M[2] *repetiit in mg.* 36 oxyporumve d. *Aldina*: oxyforumve 37 *utrum* nitidantis *an* viridantis M abeat, *non facile contenderis; illud verisimilius* aphronitri ς: fpronitri

vel passum psithiis suis recoctum,
dulci defruta vel lutosa caeno?
quantum nec dare cereos olentes,
cultellum tenuesve codicillos?
ollares, rogo, non licebat uvas,
Cumano patinas in orbe tortas
aut unam dare synthesin — quid horres? —
alborum calicum atque caccaborum?
sed certa velut aequus in statera,
nil mutas, sed idem mihi rependis.
quid si, cum bene mane semicrudus
inlatam tibi dixero salutem,
et tu me vicibus domi salutes?
aut, cum me dape iuveris opima,
expectes similes et ipse cenas?
irascor tibi, Grype. sed valebis;
tantum ne mihi, quo soles lepore,
et nunc hendecasyllabos remittas.

---

38 suis *Avantius*: uvis *vel* unis 39 defruta ς: defructa 40 nec: vel c 41 Cutellum 43 in: vel *Heinsius* 49 Inlatam: illotam *Scriverius* dixero ς: dixere 54 ne ς: me quo (ς) soles lepore c: quod soles lepori

P · PAPINI · STACII · SILVARVM · LIBER | IIII · EXPLICIT · INCIP · LIB · V ·

P. PAPINI STATII

SILVARUM

LIBER V.

STATIUS ABASCANTO SUO SALUTEM.

Omnibus affectibus prosequenda sunt bona exempla, cum publice prosint. pietas, quam Priscillae tuae praestas, et morum tuorum pars et nulli non conciliare te, praecipue marito, potest. uxorem enim vivam amare voluptas est, defunctam religio. ego tamen huic operi non ut unus e turba nec tantum quasi officiosus adsilui. amavit enim uxorem meam Priscilla et amando fecit mihi illam probatiorem; post hoc ingratus sum, si lacrimas tuas transeo. praeterea latus omne divinae domus semper demereri pro mea mediocritate conitor. nam qui bona fide deos colit, amat et sacerdotes. sed quamvis propiorem usum amicitiae tuae iampridem cuperem, mallem tamen nondum invenisse materiam.

---

10 nec M^2: vec   11 Priscilla ς: priscillam   16 usum ς: visum: me visum *Krohnius*   17 tamen: tamen talem *Barthius*

I.

EPICEDION IN PRISCILLAM [UXOREM].

Si manus aut similes docilis mihi fingere ceras
aut ebur impressis aurumve animare figuris,
hinc, Priscilla, tuo solacia grata marito
conciperem. namque egregia pietate meretur,
ut vel Apelleo vultus signata colore,
Phidiaca vel nata manu reddare dolenti.
sic auferre rogis umbram conatur et ingens
certamen cum Morte gerit curasque fatigat
artificum inque omni te quaerit amare metallo.
sed mortalis honos, agilis quem dextra laborat.
nos tibi, laudati iuvenis rarissima coniunx,
longa nec obscurum finem latura perenni
temptamus dare iusta lyra, modo dexter Apollo
quique venit iuncto mihi semper Apolline Caesar
annuat: haut alio melius condere sepulcro.
sera quidem tanto struitur medicina dolori,
altera cum volucris Phoebi rota torqueat annum;
sed cum plaga recens et adhuc in vulnere primo
nigra domus questu miseramque accessus ad aurem
coniugis orbati, tunc flere et scindere vestes
et famulos lassare greges et vincere planctus
Fataque et iniustos rabidis pulsare querelis
caelicolas solamen erat. licet ipse levandos
ad gemitus silvis comitatus et amnibus Orpheus
adforet atque omnis pariter matertera vatem,
omnis Apollineus tegeret Bacchique sacerdos:

I. EPYCEDION IN PRISCILLAM VXOREM 1 fingere: pingere *Krohnius* 4 meretur M^2: moretur 6 nata M^2: vata: rasa *Schrader* 11 rarissima: carissima ς 15 haud ς: aut 19 Nigra: aegra *Heinsius* quaestu miseramque: questu miseram qui *Macnaghtenus*: quis tum miserandam *Adrianus*: questu misero hautque *Baehrens* 20 tunc (t *fortasse ex* n M^1) 21 vincere planctus: vincere planctu *vel* iungere planctus *Heinsius* 22 iniustos M^2: iu iustos

ıil cantus, nil fila deis pallentis Averni
Eumenidumque audita comis mulcere valerent:
antus in attonito regnabat pectore luctus!
ıunc etiam ad planctus refugit iam plana cicatrix,
lum canimus, gravibusque oculis uxorius instat
mber. habentne pios etiamnum haec lumina fletus?
nira fides! citius genetrix Sipyleia fertur
xhausisse genas, citius Tithonida maesti
eficient rores aut exsatiata fatiscet
ıater Achilleis hiemes adfrangere bustis.
ıacte animi! notat ista deus, qui flectit habenas
rbis et humanos propior Iove digerit actus,
ıaerentemque videt lectique arcana ministri!
inc etiam documenta capit, quod diligis umbram
t colis exequias. hic est castissimus ardor,
ic amor a domino meritus censore probari.
  nec mirum, si vos collato pectore mixtos
unxit inabrupta Concordia longa catena.
lla quidem nuptumque prior taedasque marito
ıassa alio, sed te ceu virginitate iugatum
isceribus totis animaque amplexa fovebat;
ualiter aequaevo sociatam palmite vitem
lmus amat miscetque nemus ditemque precatur
utumnum et caris gaudet redimita racemis.
audantur proavis seu pulchrae munere formae,
uae morum caruere bonis, falsaeque potentes
audis egent verae: tibi quamquam et origo niteret
t felix species multumque optanda maritis,
x te maior honos, unum novisse cubile,
ınum secretis agitare sub ossibus ignem.
llum nec Phrygius vitiasset raptor amorem

27 fl (*del.* M^1) fila 28 comis: choris *Lindenbrogius*
3 si pelea (Sipyleia ς) fertur: Sipylea feretur *Heinsius*
4 catenae (e *finale del.* M^1) 45 nuptumque ς: nuptuque
1 Laudantur: laudentur ς proavis seu ς: proavi seu (*quo*
ervato munera *Imhofius coniecit*): proavis aut *Heinsius*
2 falsaeque *Heinsius*: falsoque

Dulichiive proci nec qui fraternus adulter
casta Mycenaeo conubia polluit auro.
si Babylonos opes, Lydae si pondera gazae
Indorumque dares Serumque Arabumque potentes
divitias, mallet cum paupertate pudica
intemerata mori vitamque rependere famae.
nec frons triste rigens nimiusque in moribus horror,
sed simplex hilarisque fides et mixta pudori
gratia. quod si anceps metus ad maiora vocasset,
illa vel armiferas pro coniuge laeta catervas
fulmineosque ignes mediique pericula ponti
exciperet. melius, quod non adversa probarunt,
quae tibi cura tori, quantus pro coniuge pallor!
sed meliore via dextros tua vota marito
promeruere deos, dum nocte dieque fatigas
numina, dum cunctis supplex advolveris aris
et mitem genium domini praesentis adoras.
audita es, venitque gradu Fortuna benigno.
vidit quippe pii iuvenis navamque quietem
intactamque fidem succinctaque pectora curis
et vigiles sensus et digna evolvere tantas
sobria corda vices, vidit, qui cuncta suorum
novit et inspectis ambit latus omne ministris.
nec mirum: videt ille ortus obitusque, quid auster,
quid boreas hibernus agat, ferrique togaeque
consilia atque ipsam mentem probat. ille probatis
molem immensam umeris et vix tractabile pondus
imposuit — nec enim numerosior altera sacra
cura domo —, magnum late dimittere in orbem
Romulei mandata ducis viresque modosque
imperii tractare manu; quae laurus ab arcto,
quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Histri,

64 in moribus ς: maioribus 66 ad ς: et: in *Baehrens* vocasset ς: vacasset 81 auster ς: arctos 82 togaeque ς: rotagae 83 probatis *Krohnius*: iubatis: subactis *Avantius*: iugatis *Lohrius* 84 pondus *Avantius*: tempus

id Rheni vexilla ferant, quantum ultimus orbis
serit et refugo circumsona gurgite Thyle
omnia nam laetas pila attollentia frondes,
llaque famosa signatur lancea penna —;
aeterea, fidos dominus si dividat enses,
ndere, quis centum valeat frenare, maniplos
er missus eques, quis praecepisse cohorti,
em deceat clari praestantior ordo tribuni,
isnam frenigerae signum dare dignior alae;
lle etiam praenosse vices, an merserit agros
lus, an imbrifero Libye sudaverit austro;
nctaque si numerem, non plura interprete virga
ntiat ex celsis ales Tegeaticus astris
aeque cadit liquidas Iunonia virgo per auras
picturato pluvium ligat aera gyro
aeque tuas laurus volucri, Germanice, cursu
ma vehit praegressa diem tardumque sub astris
cada et in medio linquit Thaumantida caelo.
alem te superi, Priscilla, hominesque benigno
pexere die, cum primum ingentibus actis
motus coniunx! vicisti gaudia paene
sius, effuso dum pectore prona sacratos
te pedes avide domini tam magna merentis
lveris. Aonio non sic in vertice gaudet,
am pater arcani praefecit hiatibus antri
lius, aut primi cui ius venerabile thyrsi
cchus et attonitae tribuit vexilla catervae.
c tamen hinc mutata quies probitasve secundis
umuit: tenor idem animo moresque modesti
tuna crescente manent. fovet anxia curas

93 famosa *Salmasius*: fumosa 95 maniplos | Inter missus es: maniplis intermixtus equos *Salmasius*: maniplo intersus eques *Madvigius* 100 Libye ς: librae 105 cursu: ru *Casaubonus* 106 vehit c: velut 107 taumantida 110 paene *Burmannus*: cene: certe *Marklandus* 112 meren- ferentis *Baehrens* 113 Aonio ς: ausonio 114 quam *thius*: Quem 115 cui ius c: cuius 117 hinc ς: hic

coniugis hortaturque simul flectitque labores.
ipsa dapes modicas et sobria pocula tradit,
exemplumque ad erile monet; velut Apula coniunx
agricolae parci vel sole infecta Sabina,
quae videt emeriti iam prospectantibus astris
tempus adesse viri, propere mensasque torosque
instruit expectatque sonum redeuntis aratri.
parva loquor. tecum gelidas comes illa per arctos
Sarmaticasque hiemes Histrumque et pallida Rheni
frigora, tecum omnes animo durata per aestus
et, si castra darent, vellet gestare pharetras,
vellet Amazonia latus intercludere pelta;
dum te pulverea bellorum nube videret
Caesarei prope fulmen equi divinaque tela
vibrantem et magnae sparsum sudoribus hastae.
hactenus alma chelys. tempus nunc ponere frondes,
Phoebe, tuas maestaque comam damnare cupresso.
quisnam impacata consanguinitate ligavit
Fortunam Invidiamque deus? quis iussit iniquas
aeternum bellare deas? nullamne notabit
illa domum, torvo quam non haec lumine figat
protinus et saeva proturbet gaûdia dextra?
florebant hilares inconcussique penates:
nil maestum. quid enim, quamvis infida levisque,
Caesare tam dextro posset Fortuna timeri?
invenere viam liventia Fata, piumque
intravit vis saeva larem. sic plena maligno
adflantur vineta noto, sic alta senescit
imbre seges nimio, rapidae sic obvia puppi
invidet et velis adnubilat aura secundis.
carpitur eximium Fato Priscilla decorem;

121 tradit (d *ex* b M[1]) 122 movet 123 parti Sabina *Heinsius*: sabino 126 redeuntis ς: redeuntibus 127 illa: ire *Schrader* 132 pulverea: pulvereum *Baehrens* 133 Caesarei ς: Caesari 139 notabit *Barthius*: notavit 144 tam dextro M[1]: dextro tam 149 adnubilat: obnubilat *Marklandus*

qualiter alta comam silvarum gloria pinus
seu Iovis igne malo seu iam radice soluta
deficit et nulli spoliata remurmurat aurae.
quid probitas aut casta fides, quid numina prosunt
culta deum? furvae miseram circum undique leti
vallavere plagae, tenduntur dura sororum
licia et exacti superest pars ultima fili.
nil famuli coetus, nil ars operosa medentum
auxiliata malis; comites tamen undique ficto
spem simulant vultu, flentem notat illa maritum.
ille modo infernae nequiquam flumina Lethes
incorrupta rogat, nunc anxius omnibus aris
inlacrimat signatque fores et pectore terget
limina; nunc magni vocat exorabile numen
Caesaris. heu durus fati tenor! estne quod illi
non liceat? quantae poterant mortalibus annis
accessisse morae, si tu, pater, omne teneres
arbitrium? caeco gemeret Mors clusa barathro
longius et vacuae posuissent stamina Parcae.
iamque cadunt vultus oculisque novissimus error
optunsaeque aures, nisi cum vox sola mariti
noscitur; illum unum media de morte reversa
mens videt, illum aegris circumdat fortiter ulnis
immotas obversa genas, nec sole supremo
lumina, sed dulci mavult satiare marito.
tum sic unanimum moriens solatur amantem:
'pars animae victura meae, cui linquere possim
o utinam, quos dura mihi rapit Atropos, annos:
parce, precor, lacrimis, saevo ne concute planctu
pectora, nec crucia fugientem coniugis umbram.
linquo equidem thalamos, salvo tamen ordine mortis,
quod prior: exegi longa potiora senecta

---

156 tenduntur: tenuantur ς 161flumina: numina *Heinsius* 168 baratro 172 reversa: reversae *Heinsius* 177 possim: possem *Marklandus* 180 Poctora 181 mortis *Imhofius*: mostis

tempora; vidi omni pridem te flore nitentem,
vidi altae propius propiusque accedere dextrae.
non in te fatis, non iam caelestibus ullis
arbitrium: mecum ista fero. tu limite coepto
tende libens sacrumque latus geniumque potentem
inrequietus ama. nunc, quod cupis ipse iuberi,
da Capitolinis aeternum sedibus aurum,
quo niteat sacri centeno pondere vultus
Caesaris et propriae signet cultricis amorem.
sic ego nec Furias nec deteriora videbo
Tartara et Elysias felix admittar in oras.'
haec dicit labens sociosque amplectitur artus
haerentemque animam non tristis in ora mariti
transtulit et cara pressit sua lumina dextra.
    at iuvenis magno flammatus pectora luctu
nunc implet saevo viduos clamore penates,
nunc ferrum laxare cupit, nunc ardua tendit
in loca — vix retinent comites —, nunc ore ligato
incubat amissae mersumque in corde dolorem
saevus agit, qualis conspecta coniuge segnis
Odrysius vates positis ad Strymona plectris
obstupuit tristemque rogum sine carmine flevit.
ille etiam erecte rupisset tempora vitae,
ne tu Tartareum chaos incomitata subires,
sed prohibet mens fida ducis mirandaque sacris
imperiis et maior amor.
                                        quis carmine digno
exequias et dona malae feralia pompae
perlegat? omne illic stipatum examine longo
ver Arabum Cilicumque fluit floresque Sabaei
Indorumque arsura seges praereptaque templis
tura Palaestinis, simul Hebraeique liquores

---

191 signet: signes *Baehrens* 197 flamnatus 202 agit: alit *Marklandus* conspecta coniuge segnis: conspecto coniugis igni *Barthius* 205 erecte////// (*primum* e *supra v.* M[1]; *ante rasuram videtur fuisse* -t *vel* -r) 207 Sec ducis mirandaque: *duci (sic iam* c) servandaque *Barthius* 211 ciliciumque

yciaeque comae Cinyreaque germina; et altis
toris Serum Tyrioque umbrata recumbit
nine. sed toto spectatur in agmine coniunx
s; in hunc magnae flectuntur lumina Romae
iuvenes natos suprema ad busta ferentem:
olor in vultu, tantum crinesque genaeque
is habent. illam tranquillo fine solutam
emque vocant, lacrimas fudere marito.
est locus, ante urbem qua primum nascitur ingens
ia quaque Italo gemitus Almone Cybebe
t et Idaeos iam non reminiscitur amnis.
te Sidonio velatam molliter ostro
ius coniunx — nec enim fumantia busta
oremque rogi potuit perferre — beato
posuit, Priscilla, toro. nil longior aetas
ere, nil aevi poterunt vitiare labores
tam membris: tantas venerabile marmor
at opes. mox in varias mutata novaris
ies: hoc aere Ceres, hoc lucida Gnosis,
Maia tholo, Venus hoc non improba saxo.
piunt vultus haud indignata decoros
ina: circumstant famuli consuetaque turba
quiis, tunc rite tori mensaeque parantur
luae. domus ista, domus! quis triste sepulcrum
rit? hac merito visa pietate mariti
inus exclames: 'est hic, agnosco, minister
s, aeternae modo qui sacraria genti
lidit inque alio posuit sua sidera caelo.'
ubi magna novum Phario de litore puppis
it iter iamque innumeros utrimque rudentes
que veliferi porrexit brachia mali

214 Coryciaeque ς: Corsciaeque 215 Serum ς: serium
iccatam ς: Sic catum marmor (*prius* r *supra v. add.* **M**¹)
232 effigies ς: Effugies 233 tolo: coli *Krohnius* (*ita ut*
tivus pendeat ex verbo novaris *v. 231*): polo *Polster*, *alii*
238 hac ς: haec

invasitque vias, in eodem angusta phaselos
aequore et immensi partem sibi vindicat austri.
quid nunc immodicos, iuvenum lectissime, fletus
corde foves longumque vetas exire dolorem?
nempe times, ne Cerbereos Priscilla tremescat
latratus? tacet ille piis! ne tardior adsit
navita proturbetque vadis? vehit ille merentes
protinus et manes placidus locat hospite cumba.
praeterea, si quando pio laudata marito
umbra venit, iubet ire faces Proserpina laetas
egressasque sacris veteres heroidas antris
lumine purpureo tristes laxare tenebras
sertaque et Elysios animae praesternere flores.
sic manes Priscilla subit; ibi supplice dextra
pro te Fata rogat, reges tibi tristis Averni
placat, ut expletis humani finibus aevi
pacantem terras dominum iuvenemque relinquas
ipse senex! certae iurant in vota sorores.

II.

LAUDES CRISPINI VETTI BOLANI FILII.

Rura meus Tyrrhena petit saltusque Tagetis
Crispinus; nec longa mora est aut avia tellus,
sed mea secreto velluntur pectora morsu,
udaque turgentes impellunt lumina guttas,
ceu super Aegaeas hiemes abeuntis amici
vela sequar spectemque ratem iam fessus ab altis
rupibus atque oculos longo querar aere vinci.
quid? si militiae iam te, puer inclite, primae
clara rudimenta et castrorum dulce vocaret

245 in: it *Gevartius* angusta ς: augusta 252 cumba: ripa *Marklandus* 255 heroidas ς: eoridas 261 pacantem *Avantius*: Placantem 262 certae: ternae *Nodellius*
II. 3 sed *Gronovius*: Et 4 guttas: guttae *Marklandus* 7 longo ς: longon

spicium, quanto manarent gaudia fletu
osve darem amplexus! etiamne optanda propinquis
stia? et octonos bis iam tibi circuit orbes
a, sed angustis animus robustior annis,
ccumbitque oneri et mentem sua non capit aetas.
c mirum: non te series inhonora parentum
scurum proavis et priscae lucis egentem
ebeia de stirpe tulit; non sanguine cretus
rmali trabeaque recens et paupere clavo
gustam sedem et Latii penetrale senatus
vena pulsasti, sed praecedente tuorum
mine. Romulei qualis per iugera circi,
n pulcher visu, titulis generosus avitis
ectatur equus, cuius de stemmate longo
x demeritos habet admissura parentes,
m omnes acuunt plausus, illum ipse volantem
vis et incurvae gaudent agnoscere metae:
te, clare puer, genitum sibi curia sensit,
naque patricia clausit vestigia luna.
x Tyrios ex more sinus tunicamque potentem
overe umeri. sed enim tibi magna parabat
titulos exempla pater. quippe ille iuventam
tinus ingrediens pharetratum invasit Araxen
liger indocilemque fero servire Neroni
neniam. rigidi summam Mavortis agebat
bulo, sed comitem belli sociumque laborum
quoque egregiis multum miratus in armis
anum; atque illi curarum asperrima suetus
dere partirique metus, quod tempus amicum
adibus, exerto quaenam bona tempora bello,

11 propinquis ς: propinqui: propinqua *Krohnius* 12 et onos ς: ut ottonos 13 angustis ς: augustis (-is *ex* -us M[1]) 17 tretus 18 trabeaque recens et *Krohnius*: trabeque remis et: trabeaque Remi nec *Lipsius* 21 qualis (qu *ras.* aci M[1]) 22 generosiss 23 stammate 24 demeritos: eritos *Gevartius* 27 curia M[1]: cura 39 exerto *Livius*: exorto

quae suspecta fides aut quae fuga vera ferocis
Armenii. Bolanus iter praenosse timendum,
Bolanus tutis iuga quaerere commoda castris,
metiri Bolanus agros, aperire malignas
torrentum nemorumque moras tantamque verendi
mentem implere ducis iussisque ingentibus unus
sufficere. ipsa virum norat iam barbara tellus,
ille secundus apex bellorum et proxima cassis.
sic Phryges attoniti, quamquam Nemeaea viderent
arma Cleonaeusque acies impelleret arcus,
pugnante Alcide tamen et Telamona timebant.
disce, puer, — nec enim externo monitore petendus
virtutis tibi pulcher amor: cognata ministret
laus animos. aliis Decii reducesque Camilli
monstrentur — tu disce patrem, quantusque negantem
fluctibus occiduis fesso usque Hyperione Thylen
intrarit mandata gerens quantusque potentis
mille urbes Asiae sortito rexerit anno,
imperium mulcente toga. bibe talia pronis
auribus, haec certent tibi conciliare propinqui,
haec iterent comites praecepta senesque paterni.
iamque alio moliris iter nec deside passu
ire paras; nondum validae tibi signa iuventae
inrepsere genis, et adhuc tenor integer aevi.
nec genitor iuxta; fatis namque haustus iniquis
occidit et geminam prolem sine praeside linquens.
nec saltem teneris ostrum puerile lacertis
exuit albentique umeros induxit amictu.
quem non corrupit pubes effrena novaeque

40 suspecta *Politianus*: suscepta 43 Metiri: metari c 44 torrentum *Heinsius*: Tot rerum: tot veprum (sentum *Krohnius*) c 48 Nemeaea *Politianus*: nemea 54 negantem: nigrantem *Avantius* 55 fesso usque *Vollmer*: fessusque: fessoque c: fessum usque *Unger* (*qui etiam* Hyperiona) 56 potentis *Heinsius*: potentes 58 bibe *Heinsius*: tibi 61 alio: adeo *Marklandus*: animo *Waller*: illo *Heinsius* 63 nō (= nota) M[1] *in mg.* 65 occidit et ς: Occidio et: occidit heu c 68 corrupit M[1]: corripit: corripuit ς

libertas properata togae! ceu nescia falcis
silva comas tollit fructumque expirat in umbras.
at tibi Pieriae tenero sub pectore curae
et pudor et docti legem sibi dicere mores;
tunc hilaris probitas et frons tranquilla nitorque
luxuriae confine tenens pietasque per omnes
dispensata modos; aequaevo cedere fratri
mirarique patrem miseraeque ignoscere matri,
admonuit fortuna domus. tibine illa nefanda
pocula letalesque manu componere sucos
evaluit, qui voce potes praevertere morsus
serpentum atque omnis vultu placare novercas?
infestare libet manes meritoque precatu
pacem auferre rogis; sed te, puer optime, cerno
flectentem iustis et talia dicta parantem:
'parce, precor, cineri: fatum illud et ira nocentum
Parcarum crimenque dei, mortalia quisquis
pectora sero videt nec primo in limine sistit
conatus scelerum atque animos infanda parantes.
excidat illa dies aevo nec postera credant
saecula! nos certe taceamus et obruta multa
nocte tegi propriae patiamur crimina gentis.
exegit poenas, hominum cui cura suorum,
quo Pietas auctore redit terrasque revisit,
quem timet omne nefas. satis haec lacrimandaque nobis
ultio. quin saevas utinam exorare liceret
Eumenidas timidaeque avertere Cerberon umbrae
immemoremque tuis citius dare manibus amnem.'
macte animo, iuvenis! sed crescunt crimina matris.
nec tantum pietas, sed protinus ardua virtus
affectata tibi. nuper cum forte sodalis

---

73 tunc: hinc *Baehrens* 74 tenens: timens *Barthius* 75 modos *Behotius*: domos 77 nefonda 79 praevertere (v *ex* t M[1]) 81 meritoque ς: mertioque 84 ira c: ire 88 excidat illa dies aevo *Avantius*: Excitat illa die saevo 93 satis ς: fatis 97 sed: sic ς 99 sodalis — palleret c: sodales — pallerent

immeritae falso palleret crimine famae
erigeretque forum succinctaque iudice multo
surgeret et castum vibraret Iulia fulmen:
tu, quamquam non ante forum legesque severas
passus, sed tacita studiorum occultus in umbra,
defensare metus adversaque tela subisti
pellere, inermis adhuc et tiro, paventis amici.
haud umquam tales aspexit Romulus annos
Dardaniusque senex medii bellare togata
strage fori. stupuere patres temptamina tanta
conatusque tuos, nec te reus * * * * * *
* * * * * * * * * ipse timebat.
par vigor et membris, promptaeque ad fortia vires
sufficiunt animo atque ingentia iussa sequuntur.
ipse ego te nuper Tiberino in litore vidi,
qua Tyrrhena vadis Laurentibus aestuat unda,
tendentem cursus vexantemque ilia nuda
calce ferocis equi, vultu dextraque minacem:
— si qua fides dictis, stupui armatumque putavi —:
Gaetulo sic pulcher equo Troianaque quassans
tela novercales ibat venator in agros
Ascanius miseramque patri flagrabat Elissam;
Troilus haud aliter gyro leviore minantes
eludebat equos aut quem de turribus altis
Arcadas Ogygio versantem in pulvere metas
spectabant Tyriae non torvo lumine matres.
ergo age — nam magno ducis indulgentia pulsat
certaque dat votis hilaris vestigia frater —,
surge animo et fortes castrorum concipe curas.
monstrabunt acies Mavors Actaeaque virgo,

100 crimine ς: crimae 103 legesque ς: leges 110 nec te reus ipse timebat: *lacunam statuit Leo, qui antea* tunc *pro* te *coniecerat* 114 qua c: Qui 117 distis armatumque: Martemque *Marklandus* 120 flagrabat: flammabat *Heinsius*: inflagrabat *Unger* 121 leviore: breviore *Gronovius* 125 magno: magni ς 128 Actaeaque ς: acceaque

tere Castor equos, umeris quatere arma Quirinus,
tibi tam tenero permisit plaudere collo
bigenas clipeos intactaque caedibus arma.
quasnam igitur terras, quem Caesaris ibis in orbem?
ctoosne amnes et Rheni fracta natabis
mina an aestiferis Libyae sudabis in arvis?
iuga Pannoniae mutatoresque domorum
aromatas quaties? an te septenus habebit
ster et umbroso circumflua coniuge Peuce?
Solymum cinerem palmetaque capta subibis
sibi felices silvas ponentis Idymes?
od si te magno tellus frenata parenti
ipiat, quantum ferus exultabit Araxes!
anta Caledonios attollet gloria campos!
n tibi longaevus referet trucis incola terrae:
suetus dare iura parens, hoc caespite turmas
ari; late speculas castellaque longe
aspicis? — ille dedit cinxitque haec moenia fossa;
ligeris haec dona deis, haec tela dicavit
cernis adhuc titulos —; hunc ipse vocantibus armis
uit, hunc regi rapuit thoraca Britanno'.
aliter in Teucros victricia bella paranti
otum Pyrrho Phoenix narrabat Achillem.
felix, qui viridi fidens, Optate, iuventa
rabis quascumque vias vallumque subibis,
san et ipse latus — sic numina principis adsint —
ctus et unanimi comes indefessus amici,

---

129 equos ς: eques 130 qui ς: quis 131 nubigenas *Heinsius*: Nubigeras caedibus ς: cedimus arma: aera rklandus 133 Arctoosne ς: -ve 134 librae is ς: armis 137 umbroso: undoso *Avantius, vulgo* ace ς: pauce 138 Solymum c: solidum 140 magno ς: gne 141 Accipiat: accipiet *Politianus* 142 Caledonios *itianus*: calidonios 145 late *Waller*: vitae: vigiles *Mark-lus*: vicis *Baehrens, alii alia* speculas ς: specula 148 vocantibus *Heinsius*: vacantibus 149 thoraca (h *ra v.* M[1]) 150 paranti *Morellius*: parentis 153 sub- s (*alterum* b *ex* ll M[1])

quo Pylades ex more pius, quo Dardana gessit
bella Menoetiades. quippe haec concordia vobis,
hic amor est duretque precor! nos fortior aetas
iam fugit; hinc votis animum precibusque iuvabo,
et mihi! sed questus solitos si forte ciebo
et mea Romulei venient ad carmina patres,
tu deeris, Crispine, mihi, cuneosque per omnes
te meus absentem circumspectabit Achilles.
sed venies melior — vatum non irrita currunt
omina —, quique aquilas tibi nunc et castra recludit,
idem omnes perferre gradus cingique superbis
fascibus et patrias dabit insedisse curules.
sed quis ab excelsis Troianae collibus Albae,
unde suae iuxta prospectat moenia Romae
proximus ille deus, Fama velocior intrat
nuntius atque tuos implet, Crispine, penates?
dicebam certe: vatum non irrita currunt
auguria. en! ingens reserat tibi limen honorum
Caesar et Ausonii committit munia ferri.
vade, puer, tantisque enixus suffice donis,
felix, qui magno iam nunc sub praeside iuras
cuique sacer primum tradit Germanicus ensem!
non minus hoc, fortis quam si tibi panderet ipse
Bellipotens aquilas torvaque induceret ora
casside. vade alacer maioraque disce mereri!

III.

EPICEDION IN PATREM SUUM.

Ipse malas vires et lamentabile carmen
Elysio de fonte mihi pulsumque sinistrae

---

157 haec c: et concordia ς: cordia 160 Et: heu hei *Lindenbrogius* questus: coetus *Gronovius* 166 cingique *Politianus*: cingitque 168 sed ς: Si: st! *Krohnius* 175 vade ς: Unde 180 casside ς: Cassidad alater

genitor praedocte, lyrae. neque enim antra moveri
lia nec solitam fas est impellere Cirrham
sine. Corycia quicquid modo Phoebus in umbra,
icquid ab Ismariis monstrabat collibus Euhan,
didici. fugere meos Parnasia crines
llera, funestamque hederis inrepere taxum
timui trepidamque — nefas! — arescere laurum.
te ego, magnanimum qui facta attollere regum
m altum spirans Martemque aequare canendo.
is sterili mea corda situ, quis Apolline merso
gida damnatae praeduxit nubila menti?
nt circum attonitae vatem et nil dulce sonantes
digitis nec voce deae. dux ipsa silenti
ta caput cithara, qualis post Orphea raptum
itit, Hebre, tibi, cernens iam surda ferarum
nina et immotos sublato carmine lucos.
tu seu membris emissus in ardua tendens
gentisque plagas rerumque elementa recenses,
is deus, unde ignes, quae ducat semita solem,
ae minuat Phoeben quaeque integrare latentem
isa queat, notique modos extendis Arati,
tu Lethaei secreto in gramine campi
icilia heroum iuxta manesque beatos,
eonium Ascraeumque senem, non segnior umbra
olis alternumque sonas et carmina misces:
vocem magno, pater, ingeniumque dolori.
n me ter relegens caelo terque ora retexens
na videt residem nullaque Heliconide tristes
antem curas; tuus ut mihi vultibus ignis

III. 3 praedocte: perdocte ς: praeclare *Marklandus*: praete *Schwartzius* moveri: movere ς corricia *ut vid.* Quitquid monstrabrat 7 meos ς: meus (*sive* mens) nasia 10 Certe: ille *Marklandus* 12 corda ς: carda rso: verso ς 13 praeduxit a: produxa menti ς: menis: is *Ellisius* 14 sonantes ς: sonantē 21 semita ς: semina 23 notique: doctique a 28 magno *Avantius*: magna (*fortasse ex -o* M[1]): magnam ς ingeniumque ς: ingenium caelo: caelum *Heinsius*

inrubuit cineremque oculis umentibus hausi,
vilis honos studiis. vix haec in munera solvo
primum animum tacitisque situm depellere curis
nunc etiam labente manu, nunc lumine sicco
ordior adclinis tumulo, quo molle quiescis
iugera nostra tenens, ubi post Aeneia fata
stellatus Latiis ingessit montibus Albam
Ascanius, Phrygio dum pingues sanguine campos
odit et infaustae regnum dotale novercae.
hic ego te — nam Sicanii non mitius halat
aura croci, dites nec si tibi rara Sabaei
cinnama, odoratas nec Arabs decerpsit aristas —
inferiis cum laude datis et carmine plango
Pierio; sume ⟨en⟩ gemitus et vulnera nati
et lacrimas, rari quas umquam habuere parentes.
atque utinam fortuna mihi, dare manibus aras,
par templis opus, aeriamque educere molem,
Cyclopum scopulos ultra atque audacia saxa
Pyramidum, et magno tumulum praetexere luco!
illic et Siculi superassem dona sepulcri
et Nemees lucum et Pelopis solemnia trunci.
illic Oebalio non finderet aera disco
Graiorum vis nuda virum, non arva rigaret
sudor equum aut putri sonitum daret ungula fossa;
sed Phoebi simplex chorus, et frondentia vatum
praemia laudato, genitor, tibi rite ligarem.
ipse madens oculis, umbrarum animaeque sacerdos,
praecinerem gemitum, cui te nec Cerberus omni

---

32 hausi ς: hausit *interpunxi cum Krohnio* 33 immunera solvo: tollo *Schrader* 34 curis: chordis *Schrader* 35 labente ς: habente nunc: nec *Gronovius* 36 adclinis (d *exp.* M^2?) 40 infaustae: infestae ς 42 dites c: ditis 44 inferiis cum laude datis et *Krohnius*: Inferni cum laudae laci sed: inserui cum laude loci (locis *Bernartius*, *qui et his v. 41 pro* hic) sed c 45 sume en (et ς: hos *Marklandus*) gemitus *Klotzius*: sume gemitus 46 quas ς: quam 54 nuda ς: unda: uncta *Polster* 57 ligarem: dicarem ς

nec Orpheae quirent avertere leges.
atque tibi moresque tuos et facta canentem
fors et magniloquo non posthabuisset Homero,
tenderet et torvo pietas aequare Maroni.
cur magis incessat superos et aena sororum
stamina, quae tepido genetrix super aggere nati
orba sedet vel quae primaevi coniugis ignem
aspicit obstantesque manus turbamque tenentem
vincit in ardentem, liceat modo, itura maritum?
maior et his forsan superos et Tartara pulsem
invidia: externis etiam miserabile visu
funus eat. sed nec modo se Natura dolenti
nec Pietas iniusta dedit; mihi limine primo
fatorum et viridi, genitor, ceu raptus ab aevo
Tartara dura subis. nec enim Marathonia virgo
parcius extinctum saevorum crimine agrestum
fleverit Icarium, Phrygia quam turre cadentem
Astyanacta parens. laqueo quin illa supremo
inclusit gemitus: at te post funera magni
Hectoris Haemonio pudor est servisse marito.
non ego, quas fati certus sibi morte canora
inferias praemittit olor nec rupe quod atra
Tyrrhenae volucres nautis praedulce minantur,
in patrios adhibebo rogos; non murmure trunco
quod gemit et durae queritur Philomela sorori:
nota nimis vati. quis non in funere cunctos
Heliadum ramos lacrimosaque germina dixit
et Phrygium silicem atque ausum contraria Phoebo
carmina nec fida gavisam Pallada buxo?

---

61 tibi: ibi me *Heinsius* 62 magniloquio 68 modo, itura *Schrader*: moritura: ruitura *Heinsius* 69 et his *Krohnius*: aliis: at his *Baehrens*: ais *Vollmer* 71 modo: mihi c 72 Nec: haec *Krohnius accepta Boxhorni lectione* in iusta 77 Astranacta supremo: supremos *Meursius* 84 durae: dirae *Gronovius* philomelia (*alterum* i *del. fortasse* M[1]) 85 nota ς: Nata cunctos ς: cuncto 88 fida: foeda *Heinsius*: victa *Baehrens*: ficta *Lundstroemius, alii alia*

te Pietas oblita virum revocataque caelo
Iustitia et gemina plangat Facundia lingua
et Pallas doctique cohors Heliconia Phoebi,
quis labor Aonios seno pede ducere cantus
et quibus Arcadia carmen testudine mensis
cura lyrae nomenque fuit quosque orbe sub omni
ardua septena numerat Sapientia fama,
qui furias regumque domos aversaque caelo
sidera terrifico super intonuere cothurno,
et quis lasciva vires tenuare Thalia
dulce vel heroos gressu truncare tenores.
omnia namque animo complexus et omnibus utor,
qua fandi vis lata patet, sive orsa libebat
Aoniis vincire modis seu voce soluta
spargere et effreno nimbos aequare profatu.
exere semirutos subito de pulvere vultus,
Parthenope, crinemque adflato monte sepultum
pone super tumulos et magni funus alumni,
quo non Monychiae quicquam praestantius arces
doctaque Cyrene Sparteve animosa creavit.
si tu stirpe vacans famaeque obscura iaceres
nil gentile tenens, illo te cive probabas
Graiam atque Euboico maiorum sanguine duci.
ille tuis totiens praestabat tempora sertis,
cum stata laudato caneret quinquennia versu

---

92 ducere cantus *amicus quidam Gronovi et Barthius*: ducere campos: currere campos *Heinsius* 94 cura lyrae *Gronovius*: Cydalibem 96 Qui **M**[1]: Quis 98 quis **c**: qui tenuare **c**: tenuere 99 heroos ς: oroos tenores **c**: leones: lepores *Ribbeckius* 100 utor: autor **c** 101 vis: via *Marklandus* 102 seu ς: ceu 104 semrutos 105 adflato: efflato *Leo* 107 Monichiae *Heinsius* (*cf. Theb.* II 252. XII 616, *Steph. Byz. s. v. Μωνυχία*): moniciae: Munichiae *vulgo* quitquam prestantias artes 108 Doctaque: doctave *Marklandus* 109 vacans *Baehrens*: vetas: vetus ς: *alii alia* 111 atque: aque *Marklandus* 112 praestabat *Elter*: prestat sed: pręcinxit *vel* pręstrinxit **c**: praestant se *Vollmer*, *qui* tuis — sertis *parenthesi conclusit* sertis **c**: seris

ora supergressus Pylii gregis oraque regis
Dulichii speciemque, comam subnexus utroque.
non tibi deformes obscuri sanguinis ortus
nec sine luce genus, quamquam fortuna parentum
artior expensis; etenim te divite ritu
ponere purpureos Infantia legit amictus
stirpis honore datos et nobile pectoris aurum.
protinus exorto dextrum risere sorores
Aonides, puerique chelyn summisit et ora
imbuit amne sacro iam tum mihi blandus Apollo.
nec simplex patriae decus, et natalis origo
pendet et ambiguo geminae certamine terrae
te de gente suum Latiis ascita colonis
Graia refert Hyele, gravis ⟨heu!⟩ qua puppe magister
excidit et mediis miser evigilavit in undis;
maior at inde suum longo probat ordine vitae
* * * * * * * * * * * * * * *
Maeoniden aliaeque aliis natalibus urbes
diripiunt cunctaeque probant; non omnibus ille
verus, alit victos immanis gloria falsi.
atque ibi dum profers annos vitamque salutas,
protinus ad patrii raperis certamina lustri
vix implenda viris, laudum festinus et audax
ingenii. stupuit primaeva ad carmina plebes
Euboea et natis te monstravere parentes.
inde frequens pugnae nulloque ingloria sacro
vox tua: non totiens victorem Castora gyro

114 pilii: Lycii *Vollmer olim; an* Pythi? gregis: senis ς 115 speciemque: specieque c utroque: utraque c 118 expensis *Avantius*: extensis te (*ex* ri M[1]) 119 legit: adegit c: vidit *Baehrens* amittus 122 puerique: pueroque ς summisit: summersit *Krohnius* 125 et: ab *Barthius* 126 suum: sua *Heinsius* 127 Hyele *Heinsius*: sele gravis heu *Krohnius*: gravis: Troius *Baehrens*: gravidus *Ellisius*: Graius *Vollmer*: pronus *Waller* 129 *nulla in* M *lacuna, quam statuit Marklandus* 132 verus *Schottius*: Versus victos: victas *Bentleius* 133 ibi ς: ubi 135 festinus et audax *Lipsius*: festina sed ut dux

nec fratrem caestu virides clausere Therapnae.
sin pronum vicisse domi: quid Achaea mereri
praemia nunc ramis Phoebi nunc gramine Lernae
nunc Athamantea protectum tempora pinu,
cum totiens lassata tamen nusquam avia frondes
abstulit aut alium tetigit Victoria crinem?
hinc tibi vota patrum credi generosaque pubes
te monitore regi, mores et facta priorum
discere, quis casus Troiae, quam tardus Ulixes,
quantus equos pugnasque virum decurrere versu
Maeonides quantumque pios ditarit agrestes
Ascraeus Siculusque senex, qua lege recurrat
Pindaricae vox flexa lyrae volucrumque precator
Ibycus et tetricis Alcman cantatus Amyclis
Stesichorusque ferox saltusque ingressa viriles
non formidata temeraria Chalcide Sappho,
quosque alios dignata chelys. tu pandere doctus
carmina Battiadae latebrasque Lycophronis atri
Sophronaque implicitum tenuisque arcana Corinnae.
sed quid parva loquor? tu par adsuetus Homero
ferre iugum senosque pedes aequare solutis
versibus et numquam passu breviore relinqui.
quid mirum, patria si te petiere relicta,
quos Lucanus ager, rigidi quos iugera Dauni,
quos Veneri plorata domus neglectaque tellus
Alcidae vel quos e vertice Surrentino
mittit Tyrrheni speculatrix virgo profundi,
quos propiore sinu lituo remoque notatus
collis et Ausonii pridem laris hospita Cyme
quosque Dicarchei portus Baianaque mittunt

140 clausero: plausere c: sensere *Krohnius* 141 Sin: sit c 144 Cum: quin *Heinsius* 149 equos ς: equus (*quod retinet Krohnius, qui v. 150 scribi vult* Maeonidae) 153 Ibycus *Politianus*: Obsicus 154 saltusque ingressa: fastusque (cantusque *Otto*) ingressa *Polster*: actusque egressa *Marklandus* 155 calchide: Leucade *Italus quidam* 156 doctus: docti *Marklandus* 157 atri ς: ari 168 ausoni

litora, qua mediis alte permissus anhelat
ignis aquis et operta domos incendia servant?
sic ad Avernales scopulos et opaca Sibyllae
antra rogaturae veniebant undique gentes;
illa minas divum Parcarumque acta canebat
quamvis decepto vates non irrita Phoebo.
mox et Romuleam stirpem proceresque futuros
instruis inque patrum vestigia ducere perstas.
sub te Dardanius facis explorator opertae,
qui Diomedei celat penetralia furti,
crevit et inde sacrum didicit puer; arma probatis
monstrasti Saliis praesagumque aethera certis
auguribus; cui Chalcidicum fas volvere carmen,
cur Phrygii lateat coma flaminis, et tua multum
verbera succincti formidavere Luperci.
et nunc ex illo forsan grege gentibus alter
iura dat Eois, alter compescit Hiberas,
alter Achaemenium secludit Zeumate Persen,
hi dites Asiae populos, hi Pontica frenant,
hi fora pacificis emendant fascibus, illi
castra pia statione tenent: tu laudis origo.
non tibi certassent iuvenilia fingere corda
Nestor et indomiti Phoenix moderator alumni
quique tubas acres lituosque audire volentem
Aeaciden alio frangebat carmine Chiron.
talia dum celebras, subitam civilis Erinys
Tarpeio de monte facem Phlegraeaque movit
proelia. sacrilegis lucent Capitolia taedis,

---

170 permissus: permixtus ς 171 aquas (*del.* M[1]) aquis domos: domus *Cruceus* 174 divum ς: duum canebat ς: canebant 178 opertae ς: oportae 180 probatis *Baehrens*: probatur: probata *Wolfg. Meyer*: probatus *Vollmer* 181 monstrasti Saliis *Lipsius* (Saliis *iam* ς): Monstrastis aliis certis: certi *Vollmer* 182 calchidicum volucre 183 Cur frigii lateat: lanea cui Phrygii *Avantius* 186 hiberas: Hiberos ς, *vulgo* 187 zeumate: Zeugmate ς, *vulgo* 188 asiae (s *ex* l M[1]) 197 proelia ς: Proeligia taedis ς: rhedis

et Senonum furias Latiae sumpsere cohortes.
vix requies flammae necdum rogus ille deorum
siderat, excisis cum tu solacia templis
impiger et multum facibus velocior ipsis
concinis ore pio captivaque fulmina defles.
mirantur Latii proceres ultorque deorum
Caesar, et e medio divum pater annuit igni.
iamque et flere pio Vesuvina incendia cantu
mens erat et gemitum patriis impendere damnis,
cum pater exemptum terris ad sidera montem
sustulit et late miseras deiecit in urbes.
me quoque vocales lucos Boeotaque tempe
pulsantem, cum stirpe tua descendere dixi,
admisere deae; nec enim mihi sidera tantum
aequoraque et terras, quae mos debere parenti,
sed decus hoc quodcumque lyrae primusque dedisti
non vulgare loqui et famam sperare sepulcro.
qualis eras, Latios quotiens ego carmine patres
mulcerem felixque tui spectator adesses
muneris! heu quali confusus gaudia fletu
vota piosque metus inter laetumque pudorem!
quam tuus ille dies, quam non mihi gloria maior!
talis Olympiaca iuvenem cum spectat harena
qui genuit, plus ipse ferit, plus corde sub alto
caeditur; attendunt cunei, spectatur Achaeis
ille magis, crebro dum lumina pulveris haustu
obruit et prensa vovet expirare corona.
ei mihi quod tantum patrias ego vertice frondes
solaque Chalcidicae Cerealia dona coronae
te sub teste tuli! qualem te Dardanus Albae

---

199 deorum ς: duorum   207 montem ς: monte   209 Boeotaque *Baehrens*: biotaque (*facile legitur* luocaque): Inoaque *Polster, alii alia*   212 quae mos *Krohnius*: quam vos (*locum varie, sed parum feliciter alii temptaverunt*)   213 decus (s *ex* m M^1)   215 eras (s *ex* t M^1)   218 Vota m?: Nota   219 tuus *Politianus*: ıuus   222 Achaeis *Imhofius*: achates   223 haustu c: hausti   226 calchidicae cerialia

vix cepisset ager, si per me serta tulisses
Caesarea donata manu! quod subdere robur
illa dies, quantum potuit dempsisse senectae!
nam quod me mixta quercus non pressit oliva,
et fugit speratus honos: quam dulce parentis
invida Tarpei caperes! te nostra magistro
Thebais urguebat priscorum exordia vatum;
tu cantus stimulare meos, tu pandere facta
heroum bellique modos positusque locorum
monstrabas. labat incerto mihi limite cursus
te sine et orbatae caligant vela carinae.
nec solum larga memet pietate fovebas:
talis et in thalamos. una tibi cognita taeda
conubia, unus amor. certe seiungere matrem
iam gelidis nequeo bustis; te sentit habetque,
te videt et tumulos ortuque obituque salutat,
ut Pharios aliae ficta pietate dolores
Mygdoniosque colunt et non sua funera plorant.
quid referam expositos servato pondere mores?
quae pietas, quam vile lucrum, quae cura pudoris,
quantus amor recti? rursusque, ubi dulce remitti,
gratia quae dictis? animo quam nulla senectus?
his tibi pro meritis famam laudesque benignas
iudex cura deum nulloque e vulnere tristem
concessit. raperis, genitor, non indigus aevi,
non nimius, trinisque decem quinquennia lustris
iuncta ferens. sed me pietas numerare dolorque
non sinit, o Pylias aevi transcendere metas
et Teucros aequare senes, o digne videre
me similem! sed nec leti tibi ianua tristis:
quippe leves causae, nec segnis labe senili

232 quam *Baehrens*: qua dulce (l *ex* s M[1]) 233 Invida: invia *Ellisius* 235 tu M[1]: tua 241 seiungere ς: si iungere 242 te ς: et 251 Iudex: vindex *ed. Aldina* tristem: tristes *Marklandus*: *de lacuna post hunc v. statuenda cogitavit Krohnius* 253 trinisque ς: crinisque 258 segnis ς: segnes labe: tabe *Gronovius*

exitus instanti praemisit membra sepulcro,
sed te torpor iners et mors imitata quietem
explicuit falsoque tulit sub Tartara somno.
quos ego tunc gemitus,— comitum manus anxia vidi
vidit et exemplum genetrix gavisaque novit —
quae lamenta tuli! veniam concedite, manes,
fas dixisse, pater: non tu mihi plura dedisses.
felix ille patrem vacuis circumdedit ulnis:
vellet et Elysia quamvis in sede locatum
abripere et Danaas iterum portare per umbras;
temptantem et vivos molitum in Tartara gressus
detulit infernae vates longaeva Dianae;
sic chelyn Odrysiam pigro transmisit Averno
causa minor, sic Thessalicis Admetus in oris;
si lux una retro Phylaceida rettulit umbram,
cur nihil exoret, genitor, chelys aut tua manes
aut mea? fas mihi sic patrios contingere vultus,
fas iunxisse manus, et lex quaecumque sequatur.
  at vos, umbrarum reges Aetnaeaque Iuno,
si laudanda precor, taedas auferte comasque
Eumenidum; nullo sonet asper ianitor ore,
Centauros Hydraeque greges Scyllaeaque monstra
aversae celent valles, umbramque senilem
invitet ripis, discussa plebe, supremus
vector et in media componat molliter alga.
ite, pii manes Graiumque examina vatum,
inlustremque animam Lethaeis spargite sertis
et monstrate nemus, quo nulla inrupit Erinys,
in quo falsa dies caeloque simillimus aer.
inde tamen venias, melior qua porta malignum

---

263 novit c: vovit *ut vid.* 271 *et* 272 sic: si
273 si lux *Heinsius*: Silva: sic lux *Vollmer* retulit 274
(*ex* nil M[1]) 275 sic: sit ς 277 aecneaque: Enneaque
novius: Lethaeaque *Waller* 278 taedas ς: caedas
279 ianitor ς: ianrior 280 Centauros *Politianus*: Centau
Hydraeque ς: bydraeque scillaeque 286 inrupit
rumpit ς 288 porta c: parte

nea vincit ebur, somnique in imagine monstra,
ıe solitus. sic sacra Numae ritusque colendos
ɪis Aricino dictabat nympha sub antro,
pio sic plenos Latio Iove ducere somnos
ditur Ausoniis, sic non sine Apolline Sylla.

IV.

SOMNUS.

Crimine quo merui, iuvenis placidissime divum,
ɔve errore miser, donis ut solus egerem,
nne, tuis? tacet omne pecus volucresque feraeque
simulant fessos curvata cacumina somnos,
trucibus fluviis idem sonus; occidit horror
uoris, et terris maria adclinata quiescunt.
tima iam rediens Phoebe mihi respicit aegras
ɾe genas; totidem Oetaeae Paphiaeque renident
ıpades et totiens nostros Tithonia questus
eterit et gelido spargit miserata flagello.
le ego sufficiam? non si mihi lumina mille,
.e sacer alterna tantum statione tenebat
gus et haud umquam vigilabat corpore toto.
nunc heu! si aliquis longa sub nocte puellae
chia nexa tenens ultro te, Somne, repellit,
e veni nec te totas infundere pennas
ɪinibus compello meis — hoc turba precetur
tior —: extremo me tange cacumine virgae,
ficit, aut leviter suspenso poplite transi.

---

289 monstra c: monstrat 293 Creditur: creditus *Hein-*
s sic *Sudhausius*: nec: et c
IV. 5 trucibiss 8 renident *Baehrens*: revisent: relucent
ohnius: revisunt c 10 spargit: parcit *Schrader* 11 si:
ıt *Baehrens* 14 heu! si *Barthius*: heus 17 precetur
insius: precatur 19 aut — transi: at — transit *Bran-*
ius

V.

EPICEDION IN PUERUM SUUM.

Me miserum! neque enim verbis solemnibus ulla
incipiam nec Castaliae vocalibus undis
invisus Phoeboque gravis. quae vestra, sorores,
orgia, Pieriae, quas incestavimus aras?
dicite, post poenam liceat commissa fateri.
numquid inaccesso posui vestigia luco?
num vetito de fonte bibi? quae culpa, quis error,
quem luimus tantis? morientibus ecce lacertis
viscera nostra tenens animamque avellitur infans,
non de stirpe quidem nec qui mea nomina ferret
oraque; non fueram genitor, sed cernite fletus
liventesque genas et credite planctibus orbi:
orbus ego. huc patres et aperto pectore matres
conveniant; cineremque oculis et crimina ferto,
si qua sub uberibus plenis ad funera natos
ipsa gradu labente tulit madidumque cecidit
pectus et ardentes restinxit lacte papillas;
quisquis adhuc tenerae signatum flore iuventae
immersit cineri iuvenem primaque iacentis
serpere crudelis vidit lanugine flammas,
adsit et alterno mecum clamore fatiscat:
vincetur lacrimis, et te, Natura, pudebit.
tanta mihi feritas, tanta est insania luctus.
hoc quoque cum ni⟨tor⟩ ter dena luce peracta
adclinis tumul⟨o et pla⟩nctus in carmina verto

V. EPYCIDION · IN · PUERUM · SUUM · 2 nec: nunc *Scriverius* 5 liceat: libeat *Skutschius* 8 lacertis ς: lacestis 9 animamque *ed. Parmensis*: animaque 14 cineremque oculis et crimina: crinemque rogis et gramina *Heinsius* ferto (*sic* **M** *secundum Souterum*) *Politianus*: ferte (*secundum Loevium et Krohnium*) 15 uberi (*del.* **M**^{1}) uberibus 17 papillas: favillas **c** 20 flammas **c**: malas 24 nitor *Gronovius*: nı . . . dena ς: dana 25 tumulo et planctus *Krohnius* (et *om. vulgo*): tumul . . . . nctus

discordesque m⟨odos et⟩ singultantia verba
molior: orsa ly⟨rae vis⟩ est atque ira tacendi
impatiens. sed nec solitae mihi vertice laurus
nec fronti vittatus honos. en taxea marcet
silva comis, hilaresque hederas plorata cupressus
excludit ramis; nec eburno pollice chordas
pulso, sed incertam digitis errantibus amens
scindo chelyn. iuvat heu, iuvat inlaudabile carmen
fundere et incompte miserum laudare dolorem.
sic merui, sic me cantuque habituque nefastum
aspiciant superi. pudeat Thebasque novumque
Aeaciden: nil iam placidum manabat ab ore.
ille ego qui — quotiens! — blande matrumque patrumque
vulnera, qui vivos potui mulcere dolores,
ille ego lugentum mitis solator, acerbis
auditus tumulis et descendentibus umbris,
deficio medicasque manus fomentaque quaero
vulneribus, sed summa, meis. nunc tempus, amici,
quorum ego manantes oculos et saucia tersi
pectora: reddite opem, saevas exsolvite gratis.
nimirum cum vestra, domus, ego funera maestus
* * * * * * * * * * * * * * *
increpitans: 'qui damna doles aliena, repone
infelix lacrimas et tristia carmina serva.'
verum erat: absumptae vires et copia fandi
nulla mihi, dignumque nihil mens fulmine tanto
repperit: inferior vox omnis et omnia sordent
verba. ignosce, puer: tu me caligine maesta

26 modos et ς: m . . . . . 27 lyrae vis *Krohnius* (*cuius interpunctionem secutus sum*): ly . . . . . 29 victatus 32 incertam: incertum *Marklandus* 33 scindo ς: Sciēdo 34 incompte ς: incomite laudare: nudare *Marklandus* 35 Sic: si *Unger* merui: meriti *Baehrens* 37 manabat: manabit ς 38 blande (e ∼ o) 39 vivos: viduos *Heinsius* 42 Dificio 44 faucia *post* 46 *lacunam statuit Baehrens, qua spreta Klotzius quondam* modis — maestis *pro* domus — maestus 47 qui: quid *Skutschius* doles *Politianus*: dolens 51 vox ς: nox 52 maesta ς: maestu: maestum ς

obruis a! durus. viso si vulnere carae
coniugis invenit caneret quod Thracius Orpheus
dulce sibi, si busta Lini complexus Apollo
non tacuit: nimius fortasse avidusque doloris
dicor et in lacrimis iustum excessisse pudorem.
quisnam autem gemitus lamentaque nostra rependis?
o nimium felix, nimium crudelis et expers
imperii, Fortuna, tui, qui dicere legem
fletibus aut fines audet censere dolendi!
incitat heu! planctus; potius fugientia ripas
flumina detineas rapidis aut ignibus obstes,
quam miseros lugere vetes. tamen ille severus,
quisquis is est, nostrae cognoscat vulnera causae.
  non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
nequitias doctumque sui convicia Nili
infantem, lingua nimium salibusque protervum,
dilexi: meus ille, meus. tellure cadentem
aspexi atque unctum genitali carmine fovi
poscentemque novas tremulis ululatibus auras
inserui vitae. quid plus tribuere parentes?
quin alios ortus libertatemque sub ipsis
uberibus tibi, parve, dedi; heu, munera nostra
rideres ingratus adhuc. properaverit ille,
sed merito properabat, amor, ne perderet ⟨ullum⟩
libertas tam parva diem. nonne horridus ⟨inde⟩
invidia superos iniustaque Tartara pulsem?
nonne gemam te, care puer? quo sospite natos
non cupii, primo gemitum qui protinus ortu

---

53 durus *Politianus*: duro 58 rependis: reprendis *Politianus* 59 O nmium expers **M**[1]: etpers 63 flumina ς: Fulmina detineas *Heinsius*: deiuneus: devincas c 65 causae: curae *Marklandus* 67 nequitias *Marklandus*: Aedituas: delicias *Avantius* 68 nimium *Marklandus*: sumum: eximium *Waller, alii alia* 70 Aspexi: excepi *Avantius* 74 tibi **M**[1]: ubi 75 ingratus ς: ingatus: ignarus *Avantius* 76 ullum ς: *om.*: unum *Baehrens* 77 inde *Baehrens*: *om.*: ipsos ς 80 non cupii c: Concupii genitum quem p. o. | implicui fixique *Politianus*

implicuit fixitque mihi, cui verba sonosque
monstravi questusque et vulnera caeca resolvens,
reptantemque solo demissus ad oscula nostra
erexi, blandoque sinu iam iamque ⟨cadentes⟩
†excepere genas dulcesque accersere somnos.
cui nomen vox prima meum ludusque tenello
risus, et a nostro veniebant gaudia vultu.

* * *

---

82 et *supra lineam* M^1 resolvens *Marklandus*: ne solvam: resolvi ς 83 nostra *Krohnius:* vestra: dextra ς 84 cadentes *Baehrens*: *om.*: nitentes ς 85 Excepere: exsopire *Vollmer*: exceptare *Unger*: excipere ipse *Krohnius* 86 tenello ς: tenebo *post v.* 87 *duobus versibus vacuis intermissis hanc subscriptionem litteris maiusculis rubricator addidit* FINIS · ADEST · VERE · PRECIUM · VULT · SCRIPTOR · HEBERE; *dehinc duodecim versus in fine paginae vacui sunt.*

STATII DE BELLO GERMANICO FRAGMENTUM.

lumina: Nestorei mitis prudentia Crispi
et Fabius Veiento — potentem signat utrumque
purpura, ter memores implerunt nomine fastos —
et prope Caesareae confinis Acilius aulae.

Valla ad Iuv. 4, 94: Acilius Glabrionis filius consul sub Domitiano fuit Papinii Statii carmine de bello Germanico quod Domitianus egit probatus: 'lumina — aulae'. — cf. Buecheler, mus. Rhen. vol. XXXIX (1884) p. 283—285.

INDEX NOMINUM.

gaeas hiemes V 2, 5 super Aegaeas hiemes.

Aegeus: III 3, 180 falsis deceperat Aegea velis (*Theseus*).

Aegiale *Diomedis uxor*: III 5, 48 questa est Aegiale . . relinqui.

(Aegyptus): *cf. Alexandrea, Mareoticus, Nilus, Paraetonius, Pharius.*

Aenares *insulae Aenariae sive Pithecusae incolae*: III 5, 104 *Aenarumque (Denarumque M) lacus medicos.

Aeneas: I 1, 13 (*equum Domitiani*) ipse nec Aeneas nec magnus duceret Hector IV 3, 131: Averni Aeneas . . lucos et penetravit et reliquit IV 2, 2 qui magnum Aenean Laurentibus intulit arvis (*Vergilius*) *cf. I 2, 189. III 3, 188. V 3, 266. Elissa, Iliacus, Phrygius, Siculus.*

Aeneis: II 7, 80 ipsa te (*Lucanum*) Latinis Aeneis venerabitur canentem. *cf. Aeneas, Vergilius.*

Aeneius: I 2, 11 genetrix Aeneia *(Venus)* V 3, 37 post Aeneia fata.

Aeolius: II 1, 142 Aeolia . . . Creusa (*Sisyphi Aeolidae filia*) I 1, 92 Aeolii non agmina carceris horret (*equus Domitiani*) III 2, 42 pater Aeolio qui frangit carcere ventos.

(Aeolus): *cf. Aeolius.*

(Aesculapius) *cf. Asclepius, Epidaurius, Epidaurus, Paeonius, Pergamus, Pergamenus, Phoebeius, I 4 passim.*

Aethiopes: IV 2, 54 Aethiopum mensas.

Aetnaeus: I 3, 69 Aetnaeos . . portus (*Syracusanos*). V 3, 277 Aetnaeaque Iuno (*Proserpina*).

Aetne: III 1, 130 sonat motis incudibus Aetne, *cf. Vulcanus, Cyclopes, Brontes, Steropes, Trinacrius.*

Afer *adi.*: III 3, 90 quod messibus Afris verritur.

Africa: IV 5, 38 vadosae nescius Africae (*Septimius Severus*). *cf. Libye.*

(Agamemno): *cf. Atrides, Mycenaeus.*

Agenoreus: III 2, 89 Agenorei . . iuvenci (*Europae*).

(Agrippina): II 7, 118 pallidum . . visa matris lampade . . . Neronem.

Alba: *ab Ascanio condita, ibi Domitiani villa Albanumque certamen. prope Stati rus ubi pater Stati sepultus erat.* V 3, 38 ubi . . . Latiis ingessit montibus Albam Ascanius V 2, 168 ab excelsis Troianae collibus Albae. IV 2, 65 Troianae sub collibus Albae. V 3, 227 Dardanus Albae . . ager. III 1, 61 Dardaniae sub collibus Albae. IV 5, 2 qua prisca Teucros Alba colit lares.

Albanus: III 5, 28 Albana . . dona (*praemia certaminis Albani*). IV 8, 39 Albanoque cadum sordentem . . fumo (*in Stati villa conditum*).

Albula: *aquae Albulae* I 3, 75 illic (*in Vopisci villa*) sulpureos cupit Albula mergere crines.

(Alcestis): III 3, 192 Thessalici coniunx mariti *(Admeti)*. *cf. III 1, 172. V 3, 272 et Admetus.*

Alcides: I 3, 100 (*chelys Vopisci*) iuvat ipsum Alciden

P. PAPINI STATI

ACHILLEIS

EDIDIT

ALFREDUS KLOTZ

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MCMII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

HENRICO DEGEN

AMICO

EDITORIS PRAEFATIO.

Achilleidos Statianae editione, quam anno prioris saeculi LXXIX Philippus Kohlmann curavit, divendita ad me pervenit iterandi eam officium. quamobrem ut appareat, quibus fundamentis usus carminis huius verba constituerim-pauca praefationis loco dicenda sunt. tamen ne quis nunc plenam copiosamque de libris Statianis — epicorum nempe carminum, nam de Silvis rem absolvimus — dissertationem a me exspectet. quod munus alio tempore me posse subire spero, ubi etiam Thebaidos recensionem aggressurus ero huiusque poematis librorum collationes comparavero. hic vero nihil agimus nisi hoc, ut quantum fieri potest brevissime indicemus, quo fundamento nostra editio nitatur, ne omni iudicio sint destituti qui legant. ac primum quidem de codice Puteaneo, omnium quicumque aetatem tulerunt optimo, verba faciemus, tum de reliquis libris quos ad textum constituendum adhibuimus, deinde quo vinculo reliqui illi libri cohaereant inter se et quae sit relatio inter hos et Puteaneum, quaeremus, denique in fine praefationis duas tabulas collocabimus, alteram notarum quae in apparatu critico leguntur, alteram virorum, doctorum qui ad Stati Achilleidem emendandam symbolas contulerunt.

§ 1 de codice Puteaneo.

principem locum inter Achilleidos Thebaidosque libros obtinere codicem Puteaneum nunc inter Parisinae byblio-

thecae nationalis libros manu scriptos Latinos 8051, qui a priore domino Claudio Puteano[1]) nomen duxit, nunciam inter viros doctos videtur constare.[2]) qui liber quanto ceteris antistet in dies magis cognovi. continet autem foliis sexaginta quinque quaternionibus comprehensis Stati Thebaidem et Achilleidem; singulis paginis binae columnae quadragenum singulorum fere versuum leguntur. exaratus videtur saeculo nono exeunte. scripturae imaginem dedit Châtelainius (paléogr. des class. lat. II p. 161). atque exstat Thebais fol. 1^a—58^b; praefixa est haec inscriptio:

STATII POETAE LIBER THEBA
ID PRIMUS INCIPIT ·:·

sequitur Achilleis fol. 59^a—65^b cui inscribitur:

STĀ · POETAE THE
BAIꝺORUM · LIBRI · XII ·
ЄXPLICIVNT ⁜
INCIP̄ · AchIL̄L̄ · LIB̄ · PRIM̄ ;

in fine subscriptio exstat nulla, sed praeter ineptias quasdam librariorum legitur:

lib̄ s⟨ancti petri⟩
co⟨rbei . . . . . .⟩[3])

1) ipsius nomen in prima pagina legitur *Cl. Puteani.* ad eundem fortasse licet referre quod scriptum est in margine ad Ach. I 672 *Lib. 2,* nisi forte hoc vel recentiore manu additum est.

2) conferas quae nuper Fridericus Vollmer de hoc libro praestantissimo iudicavit (mus. Rhen. vol. LI (1896) p. 27): '*Darum muss bei der Herstellung eines zuverlässigen Textes der Thebais von der Grundregel ausgegangen werden: Einzige unverdächtige Quelle ist der Puteaneus; seine Lesarten sind nur dann zu verlassen, wenn sie sich als offenbare Schreib- oder Hörfehler kennzeichnen.*' idem valere de Achilleide ipsa re patet. de Wotki sententia, qui Puteanei auctoritatem infringere conatur, infra erit agendum.

3) quamquam non ab ipso librario haec scripta sunt, tamen nihil impedit, quo minus Corbeiae codicem scriptum esse arbitremur.

quae uncis inclusi, erasa sunt ac vix perspiciuntur. ex hac nota rectissime conclusit Otto Müller[1]) codicem Puteaneum olim pertinuisse ad bybliothecam monasterii Corbeiensis veteris, cuius patronus sanctus Petrus apostolus fuit. unde sicut alios libros e. g. Livi Puteaneum, in viri illius docti manus quolibet modo librum pervenisse apparet. eodem auctore subscriptionem quae est de priore domino in calce libri, deletam esse facile tibi persuaseris.

praeter librarium ipsum rara correctorum vestigia exstant in Puteaneo. e quibus unus vel duo quos nota $\mathbf{P}^c$ comprehendimus — neque enim facile eos distinxeris — aetate ipsi librario fere pares esse videntur. multo post eos recentiores quidam cum perlegerent librum et cum vulgaribus compararent, notas quasdam asperserunt levioraque menda emaculaverunt. horum correctorum aetatem recte mihi videtur constituisse Otto Müller, qui saeculo duodecimo vel tertio decimo eos addixit. nec tamen quisquam eorum totum librum recensuit. nos pro lectoris commodo ad unum omnes eos nota $\mathbf{P}^r$ significavimus. librum Monachium transmissum contuli ipse.

atque redire Puteaneum codicem ad vetustissimum quoddam exemplar lacunosum et undique adrosum multis locis comprobatur. imprimis autem in Achilleide fines versuum haud semel mutilati sunt, ita ut duae vel tres litterae vel una saltem perierint, quas quod librarius de suo supplere noluerit, summae ei laudi tribuemus. hos enim velim consideres locos ex Achilleide petitos — nam intra hos fines in universum nos continebimus, quippe qui Achilleidi simus praefaturi —:

*I 2 *cęlo* om. $\mathbf{P}^1$, add. $\mathbf{P}^c$
*I 10 *pulso* om. **P** addita nota ·:·

1) Electa Statiana. progr. Berolini 1882 p. 12. ibidem librariorum *versus in fine* adpictos invenies.

I 34 *ad* om. **P**
I 44 *Rhoetea* **P**: *Rhoeteae* ω[1])
*I 98 *terra* **P**: *terras* ω
I 108 *rupera aetas* **P**: *ruperat aetas* ω
*I 127 *chiro* **P**: *chiron* ω
I 166 *plecta* **P**: *plectra* ω
I 267 *Lusta* **P**: *Lustra* ω[2])
I 278 *tempet* **P**: *temptet* ω
*I 293 *nympha* **P**: *nymphas* ω
I 376 *propius* om. **P**[3])
I 403 *una* om. $\mathbf{P}^1$, add. $\mathbf{P}^r$
I 407 *istha* $\mathbf{P}^1$: *isthmia* $\mathbf{P}^r$ω
I 442 *transa* **P**: *transtra* ω
I 476 *valibus* **P**: *vallibus* ω
I 481 *Nerei* **P**: *Nereis* ω
I 551 *aut* om. **P**
I 586 prius *iam* om. $\mathbf{P}^1$, add. $\mathbf{P}^r$[4])
*I 591 *amores* (*-s* add. $\mathbf{P}^r$) **P**ω
*I 594 *ume* **P**: *umbra* ω
I 604 *bachia* $\mathbf{P}^1$: *brachia* $\mathbf{P}^r$ω
I 635 *-que* om. $\mathbf{P}^1$, add. $\mathbf{P}^r$[5])

1) hac nota reliquorum codicum vel omnium vel meliorum ex eis concentum significamus.

2) nolui uti versu 192 ubi *tari* exstat pro *tauri* cum simili errore legatur Theb. III 398 *epidarius*. cf. Schuchardt Vokalismus des Vulgärlateins, II p. 306.

3) hoc facile omitti posse ante *propiusque* vix est quod adnotem. atque omittitur etiam in codice Gudiano 54 **K** (= G^2 apud Kohlmannum). quod vero eadem vox in recentioribus quibusdam libris velut Monacensi 14557 Helmstadiensi Gudiano 52 non legitur, fortasse non casu factum est.

4) de hoc loco idem valet quod modo de v. I 376 dixi.

5) quamquam *-que* abundat I 673 *plenisque*. unde hoc neglegentiae librari tribueris. item quod I 860 *nisiussus* legitur pro *nisi iussus* vix ad archetypi lacunam, sed ad scripturam continuam referre licet.

I 648 *vibrat* **P**: *vibrabat* ω
I 650 *qui* **P**: *quid* ω
I 691 *cum e* **P**: *cum se* ω
I 717 *-que* om. **P**
I 803 *cuncta* **P**: *cunctas* ω
I 817 *agaci* **P**: *sagaci* ω
*I 844 *labor* **P**: *laboris* ω
I 879 *-que* om. **P**
†I 887 *Amenta* **P**: *Lamenta* ω
*I 905 *vir* **P** pro *vires*; plane aliud in ω legitur.[1])
I 908 *prostavit* **P** (pro *prostravit*): *proiecit* ω
*I 913 *videtu* **P**: *videtur* ω
*I 914 *ire* om. **P**
*I 916 *achille* **P**: *achilles* ω
I 917 *ali* **P**: *tali* ω
I 918 *effer* **P**: *effert* ω
I 919 *Deidama* **P**: *Deidamia* ω
*ibid. *am* (*-ent add.* P^r) **P**: *amens* ω
*I 921 *facti* (*-s* add. P^r) **P**: *factis* ω
*I 922 *posc* (*-ā* add. P^r) **P**: *poscat* ω[2])
II 37 *o* om. **P**
II 76 *a etes* **P** spatio unius litterae relicto: *aeetes* ω[3])
II 129 *ad* om. **P**[4])
II 155 *E* **P**: *Et* ω

1) erasa hic quaedam esse falso Kohlmannus contendit. rasurae enim nec vola nec vestigium.

2) iterum minus accurate de Puteaneo rettulit Kohlmannus, cum *poscant* in eo esse adnotaret, adductus nimirum voce *Impleant,* quae initio versus legitur.

3) nolui hic adferre II 75 ubi *rapta* **P** exhibet, *raptam et* ceteri codices. nam voculam *et* inanem esse demonstravit Wilamowitzius (cf. apparatus criticus), lineolam autem qua *m* vel *n* significatur, haud raro librarius omisit.

4) nota in **QK** hic *et* desiderari. unde apparet facile fieri potuisse, ut librarius alteram utram particulam neglegeret.

ubi in fine versus detrimentum factum est, asteriscum adposui, semel ubi in initio, crucem. uno atque altero loco a librario neglegenter scribente peccatum esse minime negaverim, hic illic ipse adnotavi. tamen quae est temeritas scribentis e. g. *videtu* pro *videtur* vel *Amenta* pro *Lamenta,* ne plura hic proferam? quae si quis librari levitati tribuere velit, contradico quam maxime. talia quivis homo vel elementa Latina edoctus fere non potuit non supplere. si tamen noluit librarius hac laude gloriari, diligentiae potius quam neglegentiae eius hoc adscribo. nam eum non fuisse mercennarium quemlibet, sed eum qui quae legebat probe intellegeret, subscriptione primi libri Thebaidos edocemur, ubi haec: *Opus primi libri mirabili delectatione* | *peractum est. Nunc ad secundi libri* | *volumen non dissimili animo quam primum* | *accepimus convertamur.* quamquam magis atque magis studium eum remisisse cognoscitur eo, quod procedente labore augetur eorum numerus locorum, ubi neglegentia librarii menda inducta sunt in Puteaneum. tamen hinc non evertitur, quod modo statuimus. nam ex eis, quae longo ordine supra composuimus, minima pars ad solam neglegentiam referri potest. certe circa versus I 912—922 fenestram fuisse in archetypo mihi quidem exploratum est. quanta autem cautione in lacunis explendis fuerit librarius, optime cernitur hoc ipso loco. versu enim 912 litteram *-e* quam deesse cognovit, spatii ratione minime cogente supra vocem addidit ita ut exstet $\overset{e}{\textit{nata}}$; in sequentibus ne hoc quidem ausus est.

iam vero in ipsa Thebaide plura atque ea manifestiora vestigia lacunarum exstant, quae hic breviter tractare operae pretium est propterea, quod non Kohlmannus solum, sed etiam Otto Müller in apparatu critico vix quicquam de hac re adnotavit.

Theb. II 434 *Pascua & euboicis artatas fluctib. oras*
435 *Non indignati miserū dixisse parentem*
436 *Oedipodex* tibi *larga pelops et tantalus auctor*

ubi quae typis erectis exprimenda curavi, a correctore $\mathbf{P}^c$ suppleta sunt. sicut hic medio versu damnum factum fuit, ita Theb. III 217 sq. in fine quaedam non legebantur, quae iterum corrector $\mathbf{P}^c$ supplevit:

217 *Tota r&ro seraeq. decus velit addere mor*ti
218 *Haec sator astroꝝ iamdudum e vertice m*undi.

VII 349 sq. in initio versus mutili erant:

349 Cephisi *glaciale caput quo sud&us anhelam*
350 Ferre sitim *python amnemque avertere ponto*
351 Omnibus *immixtas cono super aspice laurus.*

VIII 418 sq. corrector hiantes reliquit, sed supplementa post eum margini adscripta sunt[1]):

418 . . . . . *midandae non una morte sagittae*
419 . . . *locus ad terrā telis in corpor-e-a ferrum*
420 . . *ne cadit saepe ignari perimuntq. caduntq.*

ubi haec recentiore aetate in margine addita:

&[2]) *Formidandae*
N̄
OM

IX 76 sq. spatium aliquanto maius, cum scriberetur codex, relictum est, quod supplementis a recentiore manu additis vix expletur:

76 *Sospes ego exuerat* vagina turbidus *ensem*
77 *Aptabatq. neci comites* tenuere *socerq.*

non expleta est lacuna in fine versus Theb. XI 628 ubi Puteaneus haec:

Mortis et occulte telum ni ta.

---

1) parum perspicuum est quod Kohlmannus ad v. 418 adnotavit in Puteaneo exstare *Formidandaemidandae*.

2) fere *recisum est* cum margine.

a lacunoso archetypo descendisse Puteaneum satis opinor ex eis elucet, quae adhuc exposuimus. tamen si quis ex ipso illo vetustissimo libro eum transcriptum esse censeret, vehementer hunc erraturum esse arbitror. nam exstant vestigia non adeo multa, tamen exstant, quibus e recentiore quodam codice Puteaneum fluxisse probetur. librarius enim licet in universum, quem ante se habebat librum, satis fideliter expresserit, tamen hic illic litterarum formis quae erant in exemplari, in errorem inductus est vel eas sive consulto sive fortuito repetiit. quo in numero imprimis hoc habendum est quod litterae *a* et *u* saepius inter se commutantur. sed opus est ex Thebaide quoque exempla congerere, propterea quod admodum raro librarius sic peccavit. praemitto autem compluribus locis pro *a* scriptam esse hanc formam *u*, velut Ach. I 223 *sonoru* Theb. VII 348 *litecim* (quo loco vel Kohlmannus *-cim* legit), Theb. X 724 *istu*.[1]) erroris autem ipsius haec fere sunt exempla:

Theb. II 454 *mucros* (u superscr.) **P**[1]: *muros* ω
III 79 *fleguis* **P**: *phlegyas* (vel. sim.) ω[2])
III 343 *saudet* **P**: *suadet* ω
III 350 *ęquā* **P**: *aequum* ω
IV 241 *patria* **P**: *putria* ω
IV 386 *lycargo* **P**: *lycurgo* ω
IV 395 *pfanū* **P**: *profanam* ω
IV 803 *Arcas* **P**: *Argus* ω[3])

1) etiam Ach. I 519 in media vocis *adfatur* syllaba *a* sic scriptum est, ut simile sit litterae *u*.

2) utrum *-uis* an *-ius* voluerit librarius vix licet discernere. fortasse ipse dubitavit in nomine proprio parum noto, verisimilius tamen *-uis*.

3) in exemplari *Arcus* scriptum fuisse putaveris, unde facile librarius potuit sibi persuadere Arcada dici pro Argo.

Theb. VII 583 *trahunt* **P**: *trahant* ω
VII 783 *utraq.* **P**: *atraque* ω
VIII 570 *primā* **P**: *primum* ω
IX 350 *flamina* **P**^{1}: *flumina* **P**^{r} ω
IX 741 *angues* **P**: *ungues* ω
X 515 *Ormenas* **P**: *Ormenus* ω
X 522 *immune* **P**^{1}: *immane* **P**^{r} ω
XII 75 *m*$\overset{v}{\text{a}}$*nus* **P**^{1}: *munus* ω
XII 167 *horruerunt* **P**^{1}: *horruerant* **P**^{r} ω
Ach. I 907 *mutus* **P**: *mutas* ω.

praeterea huc facit commutatio quae est facta inter litteras *n* et *u*; cf.

Theb. VI 80 *Angur*$\overset{u}{\text{n}}$*is* **P**^{1}
VII 183 *unis* **P**: *imis* ω[1])
VII 613 *potuitNe* **P**: *potuitve* ω
IX 419 *ulvis* ex *ulnis* correxit **P**^{1}
XII 300 *iuvenis* **P**: *iunonis* ω

forsitan pertineat huc etiam, quod Ach. I 135 *magni* exaratum est in Puteaneo pro genuina lectione *magici* quam ceteri libri probe conservaverunt.

deinde similes sunt errores velut Theb. XI 424, ubi ex levi errore vehementer in Puteaneo peccatum est. pro *ut* enim *in* cum legisset librarius, sequentia ad hanc normam accommodanda censuit ita ut pro *ut stimulis* eveniret *in stimulos.* quod peccatum auxit unus ex eis, qui librum posteriore aetate legerunt. nam postquam rectissime *discrimina certis* scripsit librarius, ultimum versus vocabulum correctum est *certos.*[2]) tum Theb. XII 465 *premia* scriptum est pro genuina lectione *praevia.*

---

1) contra Ach. I 755 *imus* videtur genuinum esse, ubi ceteri libri praebent lectionem *unus.*

2) hinc *Kohlmanni* ad hunc locum adnotationem corrigas.

sed quamquam universi librarii errores hic recensendi mihi non videntur, quaedam necesse est adnotare. ac dico commutationes primum terminorum *-us* et *-ur*, deinde litterarum *n* et *r*, denique litterarum *a* et *x*.

eius autem erroris, quem primo loco nominavi, haec sunt exempla:

Theb. I 487 *vestitur* (*ius* suprascr.) **P**[1]: *vestitus* ω
II 66 *cunctatus* **P**: *cunctatur* ω
IV 217 *crinitus* **P**: *crinitur* ω
VI 741 *Cunctatur* **P**: *Cunctatus* ω
VIII 536 *indignantur* **P**: *indignatus* ω[1])
VIII 570 *grassatur* **P**: *grassatus* ω
XI 110 *adrastur* **P**[1]: *adrastus* **P**[r]ω
XI 541 *Hortaturq.* **P**: *Hortatusque* ω

quibus e locis etiamsi uno vel altero Puteanei lectio ferri aliquo modo potest, e. g. Theb. II 66 — quamquam ne hic quidem perfectum satis commode se haberet, licet de omisso verbo substantivo scrupulus non resideret — tamen plurimis utique recipienda est ceterorum librorum lectio, e. g. Theb. VI 741 ubi Kohlmannus caeca in Puteaneum fide Baehrentis inventum admodum infelix *Cunctator* in textum admisit.

iam de *n* et *r* confusis haec examines velim exempla:

Theb. X 103 *martigerae* **P**: *martigenae* ω[2])
X 712 *monte* **P**[1] ante corr.: *morte* **P**[1]ω
XI 220 *unguentem* (*r* suprascr.) **P**[1]: *urg(u)entem* ω
XI 316 *tandem* **P**: *tarde* ω

---

1) pluralem hic effecit librarius in **P** falso vocem *turmae* enuntiati subiectum esse ratus.

2) miro casu factum est, ut simillime in Silvarum codice sit peccatum silv. V 2, 131, quo loco *Nubigeras* traditum est.

Ach. I 659 *perdas* **P**: *pendas* ω [1])
693 *portum* **P**: *pontum* ω [2])

postremo de miro quodam errore pauca dico qui in priore codicis parte saepius invenitur: similes enim in exemplari litteras *a* et *x* commutavit librarius locis his:

a
Theb. III 173 *Phyllex̣*

x
IV 107 *viạ*

utroque autem loco ipse mendum sustulit. huc traho etiam hos locos:

Theb. I 21 *vi*[erasure] **P**: *vix* ω

x
I 120 *vi*[erasure] **P**: *vix* ω

priore enim loco *x* suprascribere neglexit, errorem intellexit librarius.

iam vero eo perducti sumus, ut summam disputationis subducere liceat: vix credo te mihi oblocuturum esse, cum Puteanei exemplar minusculis litteris scriptum fuisse contendero. quali vero genere litterarum exaratus fuerit ille codex pater Puteanei, cum altioris indaginis indigeat haec quaestio, nunc non persequor.

tamen non omnia menda hac re explicantur. sublucet enim vetustioris codicis imago, quam nunc quantum fieri potest circumscribere conamur. illud autem teneri velim eum, qui Puteaneum exaravit, fuisse linguae Latinae adeo peritum, ut quae scriberet, probe intellegeret. hinc id mihi effici videtur, ut quibus locis hiantes versus transcripsit

1) falsa hic de librorum lectione rettulit Kohlmannus, cf. apparatus criticus. de codicis Gudiani 54 (**K**) lectione dubito. *pendas* exstat etiam in codicibus Bernensi 156 Monacensi 14557 al.

2) *portum* fuit ubi ita intellegerem, ut postquam ex Aulidis portu essent profecti Ulixes et Diomedes, iam repetere dicerentur portum Scyri. sed *pontum* verum esse mihi persuasit Vollmer. resumunt socii pontum, postquam navem ventis permiserunt.

librarius correctorque coaevus supplementa fecit, hic non eodem exemplari, unde codex Puteaneus descendit usus sit, sed alio quodam. tamen animadvertendum est raro lacunas expletas esse a correctore **P^c** (cf. Ach. I 2 Theb. II 434—436. III 217—218. VII 349—351[1])), saepius a recentioribus, verum ab his pro libidine, cf. Ach. I 919 et 922, ubi supplementa falsa adduntur. locos igitur mutilos etiam ab exemplari eius codicis, unde Puteaneus transcriptus est, fuisse translatos dilucide apparet.

multa praeterea sunt, quae librario Puteanei ipsi tribuere minime licet. velut saepissime litterae *c* et *g* inter se commutatae sunt, quem errorem haud raro librarius emendavit ipse, saepius integrum servavit. Achilleidos haec collegi exempla:

I 113 *rateres* (eraso *g*) **P**: *crateres* ω
I 326 *recentia* **P**: *rigentia* ω
I 351 *cenas* **P**: *genas* ω
I 358 *Cymnadas* **P**: *Gymnadas* ω
I 440 *negat huc* **P**: *nec adhuc* ω[2])
I 724 *acyrtes* **P**: *agyrtes* ω
I 875 *achyrtes* **P**: *agyrtes* ω
I 906 *pellascis* **P**: *pelasgis* ω
I 959 *caze* **P^1** mg.: *gazae* ω
II 70 *Geu* **P**: *Ceu* ω
II 165 *paeliagis* (*c* supra *g*) **P^1**: *peliacis* ω

possum plura proferre ex Thebaide, e quibus nonnulla invenies in Mülleri apparatu critico — nam Kohlmannus fere neglexit huius generis errores —, sed sufficere censeo ea, quae exscripsi, ad inlustrandum id, quod ostensurus eram.

1) de hoc loco certum iudicium non audeo ferre. possunt enim supplementa recentioris cuiusdam correctoris esse.

2) hic locus etiam luculentum verborum male divisorum exemplum praebet.

deinde saepissime in Puteani exemplari litteras *t* et *i* confusas fuisse multis locis certo cognoscitur. atque Achilleidos quidem hi loci conferendi sunt:

I 96 *Quae iam* P[1] ex *Quadam*.
I 465 *avita* P: *avia* ω in exemplari videtur sic scriptum fuisse: *avta* (*i* supra *t*).
I 483 *haunt* P: *haut* ω. qui locus similiter explicandus est.
I 731 *ultior* P: *ultor* ω
I 874 *iu* P: *tu* ω[1])

ex Thebaide hos exscribo locos:

I 634 *supiecto* (*t* supra *i*) P^c^
II 66 *Latus* (*i* supra *t*) P[1] vel P^c^
III 6 *&* (*ei* supra) P^c^
III 620 *alto* P: *alio* ω; idem error recurrit IX 753.
V 583 *tam* P: *iam* ω
VI 121 *Genitis* P: *Gentis* ω cf. Ach. I 465.483.731.
VII 608 *grat*... (*iū* supra) P^r^
VIII 8 *scisst* (*i* supra *t*) P[1]
VIII 155 *iorpet* (*t* supra *i*) P[1]
IX 37 *uirius* (*t* supra *i*) P[1]
IX 212 *ubi* (*t* supra) P[1]
IX 245 *meiu* (*t* supra *i*) P[1] vel P^c^
IX 449 *Iret iubct* P^r^: *Ire iubet* ω
IX 710 *graium* P: *gratum* ω

1) fortasse idem peccatum latet I 488 ubi in voce *metus* littera *t* a recentiore quodam correctore pinguius ei quae ante fuit inscripta est.

X 321 *tacentis* **P**: *iacentis* ω
X 742 *alias* **P**: *altas* ω
X 755 *tubas* **P**: *iubas* ω
X 779 *Iectit* **P**: *Iecit* ω
XI 339 *Expertare* **P**: *Experiare* ω
XI 460 *vitiis* **P**: *vittis* ω
XII 24 *att illi* **P**[1]
XII 67 *tacui* **P**[1]
XII 279 *Altior* **P**: *Altor et* ω[1])

nota sub finem crescere numerum errorum rariusque eos ab ipso librario esse emendatos.

sed etiam aliae commutationes quae e minusculis litteris minime explicantur, licet raro inveniuntur. vetustissimum illum librum litteras *r* et *p*, *d* et *b*, *r* et *b*, *p* et *d*, *b* et *p*, *d* et *r* inter se similes exhibuisse eo mihi videtur effici, quod in his peccavit exemplaris librarius, quem parum gnarum Latinae linguae fuisse vel *c* et *g* saepissime inter se commutatis probatur. pauca sunt cuiusque generis quae velim accurate consideres:

Theb. I 630 *cyclorū* **P**[1]
III 13 *turRib.* **P**[1] (*R* ex *p*)
VIII 522 *pudor pe* **P**: *pudor ire* ω[2])
XII 450 *sopor* **P**[1] ex *soRor*: *sopor* ω
Ach. I 806 *incerto* **P**: *incepto* ω.

non supervacaneum videtur hic adnotare litteram *r* semel in Achilleide sic exaratam esse *R* atque id in voce rariore, quam formam e vetustiore codice translatam esse audacter contendo. cf. I 595.

---

1) hoc loco *et* in **P** omissum est ut metro satisfieret.

2) falsa hoc quoque loco de Puteaneo rettulit Kohlmannus. apparet autem in vetustissimo codice *i* litteram quolibet modo perisse et pro *r* lectum esse *p*.

de *d* et *b* confusis cf.

Theb. VI 859 *odtritam* **P**: *obtritam* ω

d
XI 521 *rubentes* $\mathbf{P}^1$: *rubentes* ω

dein de *r* et *b* cf. Theb. VII 65 *mugiberefractis*[1]) **P**: *mugire refractis* ω. dubitaveris fortasse de reliquis:

Theb. VIII 540 *harenas* **P**: *habenas* ω

X 500 *ligabat* **P**: *ligarat* ω[2])

Theb. X 2 sic in Puteaneo exstat, ut *proPerata* sit factum ab ipso librario ex *proderata*. in eodem libro v. 881 pro genuina lectione *rupes* ceteris libris servata *rudis* legitur: apparet *rupis* in Vetustissimo illo libro fuisse. de litterarum *b* et *p* confusione pauca addo omissis eis locis, ubi occubandi et occupandi vel turbandi et turpandi verba ad errandum ansam dederunt. nam in his iure quis dubitaverit, num litterarum similitudine commutatio facta sit. gravius iam est, quod Theb. XII 243 *subinantur* in Puteaneo exaratum est, gravissimum quod X 659 in voce *plebes*, XI 589 in *pallida* littera *p* ex *b* correcta est ab ipso librario, contrarium vero factum est XI 30 in voce *rabie*. hisce locis in exemplari revera *p* pro *b* et invicem fuisse mihi persuasum est. iam quasdam litterarum *d* et *r* commutationes enumero:

Theb. IV 280 *Crura* **P**: *Cruda* ω

VIII 291 *videtur* **P**: *veretur* ω

d
X 479 *imperit* $\mathbf{P}^1$: *impedit* ω

XII 616 *pidea* **P**: *piraeca* vel sim. ω[3])

---

1) parum accuratum hic quoque Kohlmanni de Puteanei lectione testimonium est.

2) imperfectum hic nullo modo stare potest.

3) nolim huc referre Theb. X 479, ubi *Restruit* $\mathbf{P}^1$ exhibet unde *destruit* effectum correctura, propterea quod *Restruit* etiam in aliis libris legitur, cf. Kohlmanni adnotationem. adde etiam in Parisino 10 317 ($\mathbf{P}^c$ Kohlmanno, **Q** nobis) *Restruit* exstare.

paucissima commutatae *e* et *i* exempla affero. nam plerumque non litterarum similitudine error is ortus est, sed
y
formis vulgaribus inlatis. tamen Theb. I 119 *mecenas* ipse librarius docte correxit, V 141 *invalidi* legitur in Puteaneo pro *en validi,* VIII 40 *in* pro *en.* deinde *e* et *l* litterae ab exemplaris librario confusae sunt, nam Theb. XI 470 *salvumque* pro *saevumque* scriptum est, XI 43 *Aeternus* pro *Alternus.* Theb. VIII 204 transcripserat librarius codicis Puteanei *alther,* sed statim cognito errore *l* erasit, oblitus tamen *e* substituere. denique vetustioris scripturae luculentissimum exemplum exstat Theb. VIII 732 ubi pro *saevi safui* legitur in Puteano: capitales litteras SAEVI nemo non agnoscit. atque ut iam summam longioris, necessariae tamen disputationis faciamus, hoc scribendi genere exaratum fuisse vetustissimum illum librum, a quo uno codice intermisso atque eo minusculis litteris scripto descendisse Puteaneum satis demonstravisse nobis videmur. illius codicis vestigium etiam aliud exstat subscriptio illa notissima, quae in fine quarti Thebaidos libri in Puteaneo[1]) legitur: Iuliani u(iri) c(larissimi) librum illum fuisse mihi pro explorato est.[2])

quoniam sic etiam ab exteriore parte ut ita dicam locum suum Puteaneo vindicavimus, quem praestantia lectionum suarum omnium doctorum iudicio iam occupaverat, restat ut paucis de erroribus agamus, quos saepius libra-

---

quae cum ita sint, rectissime mihi videtur iudicasse Fridericus Vollmer (mus. Rhen. LI, 1896, p. 29 adn. 1), qui *Restruit* pro genuino habet.

1) nota hoc uno loco argumentum monostichon servatum esse.

2) quem Julianum eundem esse, cui Priscianus opus suum dedicavit, speciosa quidem, sed incertissima coniectura Vollmer opinatus est: mus. Rhen. LI (1896) p. 27 adn. 1. etiam Châtelainius l. l. ad hanc sententiam pronus erat.

rium commisisse certum sit, ne sine iudicio quicquid in eo libro legitur, pro genuino veneremur.

duplices lectiones in exemplari haud raro fuisse cognoscimus, nisi vel ad ipsum Iuliani codicem quaedam referenda sunt. saepius autem utramque lectionem servavit Puteanei librarius; quod tamen non tam ipsi, quam ei, qui medium illum inter Iuliani librum et Puteaneum exaravit, acceptum referendum esse censeo. nam eum mediocriter tantum doctum fuisse, Puteanei vero librario admodum familiarem fuisse Latinae linguae usum iam supra perspeximus. hos vero ex Achilleide conferas locos:

I 444 *suasuasque*
I 470 *Antilochous*
I 527 *audes aufers*
I 634 *gradumanu*[1])
I 832 *pii deis amothraces*
I 44 *en[t]esc* (del. **P**[1])

bis in Achilleide varia lectio margini adscripta est:

I 623 *cursu* **P**[1]: *pulsu* **P**[c] vel **P**[r] in marg.
I 959 *pugnae* **P**[1]: *caze* **P**[1] in marg.[2])

apparet autem I 832 archetypi imaginem talem fuisse, ut *pii* vel supra lineam vel in margine exstaret. nam vox *dei* cum insequente voce adeo coniuncta fuit, ut eius initialem litteram sibi arripere posset. varias autem lectiones ab eo, qui Iuliani codicem transcripsit, in medium textum inlatas esse proclivis suspicio est. unde explicatur, quod hic antecedit, illic sequitur genuina lectio, quae in codice illo vetustissimo emendatione restituta fuit. verborum

---

1) *ut* recentior quidam corrector suprascripsit.

2) perspicue leguntur litterae *ca e*, inter quas umbram litterae *z* cernere mihi visus sum. certe *r* non exstat. ipsa autem *c* pro *g* posita comprobatur variam lectionem ab ipso Iuliani codice transmigravisse. unde inritum fiet conamen, si quis *pugnae* velit defendere.

autem singulorum transpositiones, quae haud raro nunc exstant, eo nimirum ortas esse in propatulo est, quod vox omissa inter scribendum vel inter lineas vel in margine suppleta erat. quae quod saepius non suo loco legitur, iterum non Puteanei, sed exemplaris eius librario tribui velim. ex Achilleide autem haec praesto sunt exempla:

I 289 *comas ligare* **P**: *ligare comas* **ω**
I 600 *stat est* **P**: *est stat* **ω**
I 734 *cuncta tibi* **P**: *tibi cuncta* **ω**
I 879 *brevior clipeus* **P**: *clipeus breviorque* **ω**. quo loco ipsa transpositione factum videtur esse, ut particula *-que* desideretur in Puteaneo.

similiter explicantur loci quales sunt:

I 638 *presumerentia* ex *presu*^{me}*rentia*
I 653 *vias* ex *vi*^{a}*s*
I 678 ·/·*canaxos* ·/·*bacchi*.

iam ipsius Puteanei librarius quid saepius peccaverit, brevissime indicamus. atque duas potissimum res affero. nominum enim exitus haud raro ad sequentium vel antecedentium vocum terminos accommodavit vel propter grammaticam festinanti parum intellectam in terminis erravit, dein nonnumquam eae voces quae in initio versus collocatae sunt, auri eius obversabantur. unde factum est, ut sub finem versus vel in illarum vocum vicinitate perperam earum stirpem repetierit. cf. e. g. Theb. VI 627 ubi pro *corpore* ex initio versus *pondere* exaratum est, vel VIII 18 ubi *umbrae* pro *undae* inde ortum est, quod vox *umbriferae*, quae versum ducit, memoriae scribentis inhaesit. alterius autem generis ne prorsus exemplis careas, conferri velim Theb. I 223, ubi *Ire per inlicitum pelagus* falso legitur: pro *pelago* attractione quadam cum praepositione *per* coniuncto accusativum inrepsisse non miraberis. dein

i
Theb. I 301 *alternum regnum infitiatus honorem*, quo loco quin *regnum* scriptum sit propter vicinum *alternum,* dubium non est. tum Theb. IV 379 ubi legitur *subito canistra,* ad sequentem vocem adverbio aptato *subita canistra* effecit Puteanei librarius. sed talia cum ex apparatu critico cuivis colligere promptum sit, nos indicasse sat habemus, quali ratione peccaverit ille. nam eum hic illic etiam vulgares omnibus fere librariis errores repetere, ut e. g. scribatur *lumen* pro *limen, timeo* pro *tumeo*, et quae sunt huius generis, vix est quod lectorem moneam. neque tamen supervacaneum videtur adnotare saepius librarium integras syllabas vel etiam plures pro sua festinatione, ubi litterarum quaedam similitudo erat, transiluisse, velut Ach. I 840 *penthebae* scripsit pro *penthea thebae,* I 926 *coniungit* pro *conscia iungit.* similiter Theb. II 127 ubi errorem librarius
nec
statim intellexit: *sanguinec me.* V 490 *increscere* scripsit pro *increbescere,* VI 64 *intextus* pro *intertextus,* XII 248 *iacereor* pro *iacere reor,* et sim; cf. etiam Ach. I 428 *omnem nemus.* etiam Theb. V 416 ipse errorem correxit:
en
legitur enim sic: *aesona[illegible]tus.*

§ 2 de reliquis subsidiis criticis.

ex eis, quae adhuc exposuimus, dilucide opinor perspicitur optimam esse Puteanei memoriam, sed cum ipse nonnullis vitiis sit imbutus, aliorum codicum ope atque auxilio nos carere non posse. atque accivi plenas trium codicum lectiones, ex quibus duo iam Kohlmanno noti fuerunt, tertius vero a Vollmero primo accuratius inspectus est. sunt autem hi:

codex Parisinus 10317, quem litteris **Pc** Kohlmannus notavit, nos, ut duarum litterarum incommodum

vitaretur, ei notam **Q** dedimus. imaginem exhibet Châtelainius l. l. II tab. 163.

codex Gudianus 54, **K** nobis, G^2 apud Kohlmannum.

codex Bruxellensis 5337/8, quam littera **C** insignivimus.

Q atque codex Parisinus 10317 conscriptus saeculo decimo in Gallia continet Stati Thebaidem fol. 1^a—164^b cui subscribitur rubro colore: STACII · PAMPINII · SVRSVLI · LIBER | PRIMVS ACHILLEIDOS INCIPIT. sequitur Achilleis fol. 164^b—182^a. codicem benignissime Monachium transmissum ipse potui conferre, unde ubi a Kohlmanni relatione recessi mihi fidem haberi volo. ille enim primus hunc librum ad Achilleidem recensendam adhibuit.[1] praeterea de eo verba fecit Carolus Wotke.[2] descriptus est liber a Kohlmanno l. l. et in Achilleidos praef. p. IX. tamen non recte ab uno librario codicem exaratum esse contendit. nam praeter supplementa saeculo duodecimo vel etiam postea addita, de quibus paulo infra agendum est, quattuor librariorum manus discernuntur. distinguuntur autem librarii maxime compendiorum usu.

ac primus librarius conscripsit	fol. 1^a—41^b
	i. e. Theb. I 1—IV 419
alter	fol. 42^a—49^b, 7:
	i. e. Theb. IV 420—698
tertius	fol. 496, 8—81^b
	i. e. Theb. IV 699—VII 77
quartus	fol. 82^a—182^a
	i. e. Theb. VII 78—Ach. II fin.

---

1) cf. Kohlmannus, Philol. vol. XXXIII (1874) p. 130 et eiusdem programma Posnanense '*Neue Scholien zur Thebais des Statius aus einer Pariser Handschrift (10317)* 1873 p. 4.

2) in dissertatiuncula quae exstat in Erano Vindobonensi 1893 p. 211—217 *Zur handschriftlichen Überlieferung der Thebais des Statius.*

in ea vero parte, quam quartus librarius exaravit, complures in exemplari lacunas fuisse cognoscitur, quas posteriore aetate expletas esse iam Kohlmannus adnotavit. supplementa autem facta sunt haec:

Theb. VIII 86—145: versuum 60
X 636—755: versuum 120
X 939—XI 46: versuum 47[1])
XI 409—469: versuum 61
Ach. I 529—662: versuum 134[2])
II 150—167: versuum 18[3])

quos numeros si contemplati erimus, statim apparebit in exemplari, unde descendit **Q**, singulis paginis tricenos, sub finem codicis tricenos ternos versus scriptos fuisse[4]); idem efficitur si quis e librariorum singulorum pensis rationem subducere velit, qua opera nos hoc loco possumus supersedere.

singulos autem librarios in apparatu critico distinguere notis singulis operae pretium non est, propterea quod ex eodem eos libro sua transcripsisse certum est. supplementa autem, cum non verisimile sit post duo vel tria saecula ex eodem fonte fluxisse, littera **q** notavimus.

---

1) cui numero addendi sunt argumenti duodecim versus unusque insuper vel duo quo titulus libri undecimi exaratus fuit in exemplari.

2) ab hoc numero duo versus subtrahendi sunt. nam versus 662 scriptus erat in codice ab ipso librario v. 528 unius versus spatio omisso, sed postquam versus usque ad v. 662 suppleti sunt, radendo extinctus est. praeterea v. 661 non fuisse in exemplari verisimillimum est.

3) versus 150 paene deleti vestigia quaedam exstant in fine folii 181[b], unde ultimam paginam quae in exemplari rescisa fuit, v. 151 coepisse cognoscitur.

4) artius codices pingere solitos esse sub finem luculentissimo codicis Bernensis 156 exemplo cognoscitur, in quo versuum numerus qui singulis paginis leguntur, a 50 crescit usque ad 75.

idem corrector, qui supplementa addidit, non cum commodo in eo grassatus est. pleraeque enim eius lectiones interpolationem olent. quamquam libro aliquo eum usum esse, non proprio ingenio mihi videtur effici eo, quod non solum magnum illud supplementum v. I 529—660 addidit, sed etiam in fine Achilleidos quaedam supplevit. eodem ducemur, ubi nonnullas eius lectiones examinaverimus.

I 728 *pridemque tuas* **Q**¹: *vestras* **Q**² suprascripsit, quae est deterrimorum librorum lectio.

item I 891 *rapit* **Q**¹: *ł ruit* **Q**².

unde I 935 supplementum prompserit nescio:

-ve prius quidve inde precabo.

cum vero etiam in **C** librarius sive ipsius codicis sive, id quod verisimilius est, exemplaris proprio Marte quaedam scripsisse videatur — sic enim ille versus legitur in **C** *Quidve precer heu quid timeam prius arma vel hostes,* quibus in verbis *(prec)-er* **C**³ scripsit in rasura — in familiae **QCK** archetypo hic lacunam fuisse conieceris. nam si revera in **K** genuina leguntur, de qua re mihi e Kohlmanni silentio nequaquam constat: etiam alibi in **K** genuinae lectiones inrepserunt, quae in archetypo familiae non fuere.

item II 21 et 22 locum a deterrimorum codicum librariis non intellectum foedaque interpolatione turpatum misere pessum dedit **Q**²: *crescere* enim et *decrescere* suprascripsit, quae sunt lectiones librorum nequissimorum, quos littera **M** comprehendit Kohlmannus. ex pessimae notae libro correctorem sua petivisse, etiam in supplementis quovis fere versu cognoscitur. sed cum parcior in corrigendo fuerit, quam codicis **C** correctores, non ad eandem corruptelam pervenit codex **Q**, quae cernitur in codice **C**.

haec paulo accuratius licuit exponere de codice **Q**, quippe cuius plenam collationem manibus teneamus.

codicis Gudiani 54 (**K**) utimur collatione Kohlmanniana, quae est in apparatu critico. ex eis quae in praefatione Achilleidos p. X adnotavit, haec nostrum in usum convertimus: codex scriptus a compluribus librariis saeculo undecimo vel decimo, continet foliis 163 (folio 20 bis numerato, ita ut numeri currant usque ad 162) Thebaidem scholiis exstructam uberrimis, sed ab initio mutilam, deinde inde a folio 145 Achilleidem cum hac inscriptione: EXPLICIT LIB. XII THEBAIDOS INCIPIT P. PAPINI STATII ACHILLEIDOS LIB. I. etiam in hoc codice supplementa quaedam recentiora exstant, cf. Kohlmanni ad Thebaidem praef. p. X, velut initio Thebaidos duodecim paginae amissae hausere versus I 1—388, inter VIII 126 et IX 230 videntur perisse viginti et octo fere paginae: summi vero momenti est quod in Achilleide eidem versus desiderantur quae in **Q**: I 529—660, suppleti manu altera (**k**). K

Bruxellensis codicis 5337/8 (**C**) quod accurata, quantum ad Achilleidem pertinet, collatione uti potui, acceptum refero Friderici Vollmeri benignitati. cf. P. Thomas, catalogue des manuscrits de classiques latins de la bibliothèque royale de Bruxelles. 1896 p. 21. codex, quo Stati Thebais et Achilleidos foliis 162 continentur, exaratus est saeculo undecimo atque explentur Thebaide folia 1^a—146^b, subsequitur fol. 147^a—161^b Achilleis cum hoc titulo: STATII PAPINII SVRSVLI ACHILLEIDOS LIBER PRIMVS INCIPIT. fol. 161^b et 162 corrector quidam sequentis saeculi (**C**^{2} vel in supplementis **c**) binis in quaque pagina columnis multis usus compendiis Ach. I 528—662 addidit adpicta nota *đ* h. e. *desunt* eo loco, quo desideratur supplementum. omissi sunt autem ab ipso librario versus 529—660, nam 528 et 662 in textu ipso exstant, versum 661 in exemplari fuisse minime est verisimile. huius autem correctoris etiam alia vestigia exstant permulta, de quibus paulo infra exponetur. deinde quarto vel quinto decimo saeculo tertius C

librarius (**C**^{3}) scholia adscripsit et multas varias lectiones addidit. paulo post eum quartus in codice grassatus est, qui antiquis lectionibus ferme erasis suas undecumque haustas suprascripsit.

correctorem primum codice quodam usum esse, unde errores sat multos quos librarius commiserat emendaret, sed non eodem, unde librarius textum transcripserat, eo probatur, quod non solum multis locis genuinas reduces fecit lectiones a librario sive neglegentia sive inscitia mutatas, sed etiam integros versus addidit ab illo omissos. de magno damno, quod versibus 529 sq. factum est, infra dicendum erit. praeter hos versus in Achilleide, quam solam collatam habeo, corrector bis singulos supplevit: I 338 *⟨templa⟩ nec instabili fama supe|⟨rabere⟩ delo* et II 28 *Paruimus nimium bella ad t⟨roiana⟩ | r⟨atesque⟩*[1], qui versus facillime potuit transiliri propter simile eius et antecedentis principium. alio autem codice, non eodem quo **C**^{1} usum esse correctorem, vel inde efficitur, quod versus illos a librario omissos I 529—660 supplevit. quos in exemplari non fuisse certum est. deinde cum multis locis genuina revocaverit et nonnullis locis, ubi interpolatas lectiones librarius inculcaverat, non suo Marte correctorem egisse eluceat, idem comprobatur. nil nunc dico de singulis versibus, quos corrector addidit, sed unde sumeret genuina nisi ex codice aliquo his locis:

I 413 *Aere sonant temesę* **C**^{1}: *Aera domat temese* **C**^{2}

I 434 *humentia* **C**^{1}: *humitia* **C**^{2}[2]

II 13 *Aequoreis* **C**^{1}: ubi *-rib'* supracripsit **C**^{2}[3]

II 65 *captis illam tunc devehit argis* **C**^{1}: *ł captos ad pergama devehit argos* **C**^{2}

---

1) quae uncis fractis circumdedi, cum margine recisa perierunt.

2) cf. infra p. XXXIII.

3) debuit sane *-rib'q,*

II 96 *Sic orat teneris* **C**^{1}[1]): ł *dicor et in tenebris* **C**^{2}

II 127 *facta vasto spectabat* **C**^{1}: *vasto facta exspectabat* inde effecit **C**^{2}

addidit **C**^{2} etiam foedissimam interpolationem I 772.

fuit autem liber cui corrector sua debebat, glossis et scholiis[2]) instructus atque ad mixtum illud codicum genus pertinebat, qui inde a saeculo duodecimo pullulabant, postquam Puteanei memoria in lucem quolibet modo protracta est. id quod longiore disputatione demonstrare operae vix pretium est, cf. adnotatio critica ad I 59. 265. 413. 513. II 13 al.

denique codicis Etonensis Bl. 6, 5 (**E**), de quo verba fecit Henrici filii conlatione usus Carolus Schenkl in Studiorum Vindobonensium vol. IV (1882) p. 96—101, nonnullas lectiones adscripsimus ad codicis Puteanei auctoritatem firmandam. nam Schenkelius iam recte cognovit eum librum mixti generis esse. sed cum saeculo undecimo Beneventanis litteris in Italia sit conscriptus, parum verisimile est ex ipso Puteano exemplar eius fluxisse, sed ex simili quodam codice. unde eis locis quibus consentiunt inter se Puteaneus et Etonensis, non lectiones illius libri proprias exstare cognoscitur. hinc multum eis fidei accrescere facile apparet. vehementer autem dolendum est, quod tam raro optimam memoriam Etonensis servaverit, quippe qui descendet a codice correcto ad librum quendam deterioris notae atque ita correcto, ut pauca tantum veteris originis vestigia supersint. quae cum ita sint, e notis Schenkelii ea potissimum elegimus testimonia, quibus Etonensis a Puteanei parte stat, in quibus solis Etonensis

E

1) similis commutatio litterarum *S* et *D* facta est I 137.

2) cf. v. I 421 ubi lectioni genuinae, quae exstat in **C** *umbrę*, ł *silvę* suprascripserat corrector. sed cognito errore — glossam pro varia lectione acceperat — ł erasit. eadem autem glossa e. g. in codice Monacensi 14 557 adscripta est huic loco.

pretium positum est. quae consulto e plena conlatione Schenkelius elegit. quo factum est, ut in praesens ipsa conlatione carere possimus.

§ 3 quae ratio intercedat inter codices QCK et P.

codices **QCK** artiore quodam vinculo inter se cohaerere iam supra indicatum est. magnum enim detrimentum factum est in his tribus codicibus post versum I 528. atque quae Kohlmannus in apparatu critico dedit, cum minus perspicua sint, breviter, qualis sit res, exponendum videtur. omissi autem sunt in **QCK** versus I 529—661. in **Q** enim fol. 173^{b} post v. I 528 sequebatur unius versus spatio intermisso[1]) versus 662. sed quia in supplemento, quod alio folio inserto legitur, usque ad versum 662 scriptus erat contextus, postea in textu ipso versus 662 utpote non necessarius rasura deletus est. versum autem 661 foedissima interpolatione ortum in exemplari codicis **Q** fuisse nullo modo demonstrari potest. immo hac ipsa re correctorem pessimo quodam libro usum esse docemur. certe melioribus libris usi sunt, qui in codicibus **K** et **C** lacunam expleverunt. desiderabantur igitur in eo codice, unde liber **Q** transcriptus est, 132 versus.

idem damnum factum est in codice **K**, ubi Kohlmannus versus 529—660 et versum 661 deesse adnotat in apparatu ad v. 529 et v. 661. in **C** supplementum comprehendit versus inde a 528 usque ad 662 sed ita, ut et eum versum, qui antecedit lacunam, et eum, qui subsequitur, repetierit corrector. quae cum ita sint, constat in communi horum librorum fonte detrimentum quolibet modo factum fuisse versuum 132, quae res commode ita explicatur, ut duo folia tricenum ternorum in quaque pagina

1) unde librarium ipsum damnum cognovisse patet.

versuum perisse statuamus. num casui attribuere licebit, quod qui ante lacunam sunt versus, per hunc numerum ita dividuntur, ut nihil reliquum sit? sedecim enim paginas Achilleidos versus I 1—528 explevisse proclivis suspicio est. praeter magnam hanc lacunam consentiunt etiam alio loco in minore damno: versus I 881. 882 in **C** omittuntur lacunae signo non addito, in margine leguntur in **KQ** suppleti a manu altera.[1]) item II 53 desideratur in **QCK**, additur in margine codicis **K** non ab ipso librario. neque vero hoc damnum horum librorum proprium est: omittitur enim v. 53 etiam in Etonensi codice. in Vaticano autem 3281 nec non in Bernensi 156 legitur in margine.

ad unum eundemque patrem redire codices **QCK** quamquam vel illa lacuna, quae est inter v. I 528 et 660, demonstratur, tamen etiam multis lectionibus comprobatur, quas hic enumerare longum est. incipientis enim corruptelae statum nobis hoc codicum genus proponit neque operae pretium est gliscentes errores, passim ex Puteaneo vel eius simillimo codice correctos in recentioribus libris, longa dissertatione exponere: nos pro huius editionis indole recentiores libros abiecimus omnes, cum nihil lucri ex eis capi posse nobis persuasum[2]) sit. tamen si quando maiorem editionem conficere licebit, vel eorum rationem habebimus, ut perspiciatur rapida vis auctae in dies corruptionis, cuius Stati carmina exemplum sunt luculentissi-

---

1) hi duo versus in margine leguntur, sed fortasse ab ipso librario scripti etiam in codice Bernensi 156, ubi tamen post versum 528 hiatus non est. in Vaticano 3281 inter se transpositi hoc ordine exstant v. 882. 881.

2) quod etiam de Vaticano 3281 valet, de quo cf. Fridolfus Gustafsson in Actorum Societatis Fennicae vol. XII (1882) p. 217 sq.

mum. sed ne falso quis codices illos **QCK** aestimet, de singulari uniuscuiusque pretio quaedam addere videtur e re esse. atque unum praemitto singulis ex deterioribus fidem habendam esse nullam, nisi ubi cum Puteaneo conspirant. cum vero codex **C** et ipse neglegentia librarii gravia menda permulta contraxerit et foedissimis recentiorum interpolationibus sit turpatus, non multum auxilii eum adferre apparet. tamen hic illic cum Puteaneo conservavit genuinas lectiones, cf. e. g. Ach. I 911, ubi *compellit* nititur praeter Puteanei etiam codicum Etonensis et Bruxellensis auctoritate. interpolata autem lectio in codices **Q** et **K** penetravit, quae est *compellat.* similiter I 760 in lectione *aptum* congruit **C** cum Puteaneo: **QK** ex interpolatione exhibent *aptam.*

de codice **K**, quantum e Kohlmanni apparatu perspici potest, haec fere pro certis affirmaverim. cohaerere eum quodam adfinitatis vinculo cum libris **QC** satis apparet vel magna illa lacuna, quae est inter versus I 528 et 662. accedunt multae lectiones, quae ei cum his libris sunt communes. tamen quod **K** haud raro a sua familia recedit, partim aperta interpolatione factum est, quae unde inruperit, nunc quidem non curo, partim codicem Puteaneum vel ipsum vel similem eius mutationis ansam dedisse admodum probabile est. in interpolationibus hic illic cum deterioribus libris facit, alibi propriam emendandi viam ingressus est. videntur etiam in codice, unde tres illi libri **QCK** descenderunt, duplices lectiones nonnullis locis extitisse. atque interpolatorem cum multis tum his locis codicis **K** deprehendisse mihi videor:

I 71 *num* **PC**: *nunc* **Q**: *numi* **E**: *n̄* **K** cum deterioribus libris.

I 116 *dum viridis* **PQC**: *tum iuvenis* **K**. facile agnoscitur interpolatio *iuvenis* pro genuino *viridis.*

I 348 *timet* **PECQ**^{1}: *studet* **Q**^{2}**K**

I 356 *sexuque* **PEQ**[1]: *sexumque* **K** cum deterioris notae codicibus.

luculentum grassantis interpolationis exemplum est v. I 434 ubi levi errore in **P** exstat *tenuat umentia.* quid in alterius familiae archetypo fuerit non liquet. variant enim, qui ex eo emanavere libri: in **Q** legitur *tenuantur mitia*[2], in **C** *tenuantur humentia,* unde *tenuantur humitia* corrector $\mathbf{C}^2$ effecit, in **K** *tenuantque humentia.* hinc si in re lubrica iudicium ferre licet, *tenuantur* (*h*)*umentia* in archetypo codicum **QKC** fuisse coniecerim, quam lectionem cum metro pugnantem partim servavere librarii, partim e libidine correxere. certam autem iterum agnoscimus interpolationem in codice **K**.

I 684 *pelago* $\mathbf{PQ}^1$[3]: *pelagi* $\mathbf{Q}^2$**CK**. hic utramque lectionem in archetypo alterius ordinis fuisse puto.

I 713 *pridem* **PE**, quam lectionem in alia familia abiectam esse e varietate archetypi explicatur. certi autem nihil ausim proferre, cum tres codices ipsi varias inter se lectiones exhibeant: *quidem* **Q**: *quiddam* **K**: *prodi* **C**. ubi *quidem* apertam corruptelam praebet, reliquae lectiones interpolationem sapiunt. sed taedet longius, quam opus est, versari in librariorum ineptiis. codex **Q** sicuti eo loco, quem modo tractavimus, ab interpolatione videtur abstinuisse, ita et alibi alterius familiae proprietates minus obscuravit, quam codices **C** et **K**. menda autem, quae et hic codex contraxit non interpolandi libidine, sed stultitia

1) idem in **C** exaratum fuisse verisimillimum est; nunc exstat *sensuque*, sed ita ut *ns* tertius corrector in rasura scripserit.

2) a qua lectione proxime abest quod in Etonensi scriptum est *tenuantur milia,* propius etiam accedit ad genuinam lectionem, quod in Bernensi 156 exstat *tenuantur mecia.*

3) idem legitur in codice Bernensi.

explicantur eius, qui librum exaravit; qui de sensu numerisque plane securus, verba Latina pingere sat habuit. cf. e. g.

I 179 *crimenque* **Q** pro *crinemque*

I 200 *Destinat* **Q** pro *Destinet*

I 206 *atque inhospita* **Q** pro *atque hospita*

I 285 *celerabat* **Q** pro *celebrabat*

I 363 *patentes* **Q** pro *parentis*

I 438 *ore* **Q** pro eo quod in archetypo familiae **QKC** fuit *ora*.

I 479 *libera* **Q** pro *linea*. legerat puto *liuea* librarius.

I 677 *claresque* **Q** pro *olearosque*, quod corrector restituit.[1])

I 703 *sed* **Q** pro *se*

I 717 *armatus* **Q** pro *armabis*. in exemplari videtur fuisse *armauis*.

I 736 *littera* **Q** pro *litora*

I 831 *curre̅tes* (fuit *currentes*) **Q** pro *curetes*.

mirum in modum hic illic in levissimis peccatis consensus est inter codices **P** et **Q**:

I 460 *classibus* **PQ** pro *cassibus*.

I 499 *cunctis* **PQ** pro *cuncti*.

quamquam ne nimium his locis tribuamus, admoneo. potest enim casu factum esse, ut eis congruant illi libri. tamen ex eis, quae modo posuimus, facile cognoscitur, quae librari sit indoles. nam cum et in **C** et in **K** interpolatorem grassatum esse pro explorato sit, in **Q** talia vestigia non exstant. itaque hunc codicem optime archetypi huius familiae similitudinem reddere iudico.

tamen cum per saecula pessimae in omnes vulgatae recensionis libros poetae scholastici[2]) inrepserint inter-

1) *laresque* hoc loco exhibet codex Dommerichi.

2) cf. Svlp. Sev. dial. II (III) 10, 4 *nimirum ut dixit poeta nescio quis — utimur enim versu scolastico quia inter scolasticos fabulamur* — iam sequitur Theb. VIII 750.

polationes, de quarum generibus nunc fusius agere non placet, omnes codices praeter Puteaneum, qui unus hoc genere corruptionis vacat, per se parum dignos fide esse, quicumque rem accurate perspexerit facile sibi persuadebit. Carolus quidem Wotke[1]) nuper monuit, ne nimiam fidem haberemus Puteaneo. atque editori cautissime inquirendum esse, quid ipse Puteanei librarius neglegentia peccaverit quidque stultitia ille, qui ante eum e Iuliani codice Statium transcripsit, ego quoque censeo. tamen si haec dempseris, veras fere ubique lectiones elucere mihi quam maxime persuasum est. neque enim contra Puteanei auctoritatem quidquam protulit Wotkius neque proferet ex eis libris, quos ipse ad criticam adhibuit. eximia autem laude quem dignum esse existimat codicem Sangallensem 865, ego ne flocci quidem facio, si quidem ex unius libri conlatione, quam ille publici iuris fecit, certo iudicare licet. nil enim demonstratur eius lectionibus ex parte cum Puteaneo consentientibus, nisi quod verissime iam Otto Müller[2]) contenderat, saeculo duodecimo e monasterii tenebris protractum esse Puteaneum. cuius rei testimonium certissimum in ipso codice exstant adnotationes quaedam hoc fere tempore adpictae, quibus versus quosdam aut in vulgaribus libris non ferri aut deesse in **P** dicitur. unde apparet ipsum codicem cum aliis ea aetate esse conlatum. quicumque autem sobrio usus iudicio id fecerit, eum nego non potuisse cognoscere quanto superet Puteaneus eos, qui tunc circumferebantur, libros. itaque ex eo vera in aliorum librorum margine adscripta esse non mirabere. quo factum est, ut mixtum illud genus proveniret, cuius innumerabiles fere codices ubique conservantur. ut hoc loco alios omittam — e. g. Gudianus 52 ad hunc ordinem pertinere

1) l. l. p. 218.
2) Electa Statiana p. 12.

mihi videtur itemque Monacensis 14557, de quo Gustafssonus egit in commentationibus Vahlenianis p. 494 sq. —, ipse quem Wotkius tanti aestimavit codex Sangallensis ad exemplar aliquod correctum secundum Puteaneum vel eius gemellum redit. nam quod eum librum duobus locis veras lectiones solum retinuisse ille autumat, satis mirari non possum. altero enim loco Theb. I 291 cum *verbum* suprascriptum sit ab ipso librario, qui in textu scripserat *verum*, quam lectionem antiquitus traditam esse omnium qui adhuc innotuere librorum consensu demonstratur, satis puto apparet in exemplari codicis Sangallensis *verbum* ab homine quodam docto adscriptum fuisse, cuius vestigia etiam aliis locis exstare ne Wotkium quidem praeteriit. Theb. I 653 quod legitur *Leve*, eidem docto licebit tribuere, qui altero loco egregie succurrit. atque doctum hominem eum fuisse, qui complures libros inter se contulit, ac non mercennarium quemlibet librarium ipsa re patet. contra interpolatae recensionis satis multa in ipso Sangallensi vestigia inveniuntur; e quibus pauca atque ea gravissima adnoto:

Theb. I 215 *quoad usque*. idem legitur in **Q** Gudiano 52 aliis.

Theb. I 440 *inire* quam foedissimam interpolationem etiam in aliis deterrimae notae libris exstare e Mülleri ad hunc locum nota discimus.

Theb. I 571 *pubescentibus* iterum cum nonnullis e pessimis libris pro vera lectione *pubem ineuntibus*. possum plura proferre vel ex primi libri conlatione a Wotkio edita: sufficiunt hi loci, ut qualis generis sit ille Sangallensis, cognoscatur. quem tantum abest, ut quidquam ad recensionem valere censeam, ut futuro Thebaidos editori abiciendum esse audacter confirmem.

quae cum ita sint, ceteris libris, quos neque e Puteaneo neque e Iuliani codice fluxisse pro explorato est, ita uti *licebit*, ut leves praestantissimi codicis errores emaculentur.

e quorum turba optimam, quantum equidem video, familiam elegimus codicum, de quibus supra egimus **QCK**. quorum lectiones in apparatu critico integras exhibuimus. e reliquis Kohlmannus quosdam addiderat: Trevirensem (**t**), Parisinum 8052 (**p**), Gudianum 52 (**G**), Helmstadiensem (**H**), Dommerichianum (nunc Gudianum 292, 2 **D**). quos nos prorsus abiecimus. nam aut omnium codicum lectiones adnotandas fuisse aut eorum tantum, quibus recensio nititur, mihi persuasum est. itaque cum omnes non possimus adferre, sarcinam supervacaneam nec nobis nec eis, qui forte legant, imponendam esse arbitrati sumus. nam quamquam laudabili studio post Kohlmannum e bybliothecarum tenebris libri recentiores protracti sunt, tamen tantum abest ut omnes Achilleidos codices innotuerint, ut de nostro quosdam addere possimus. id quod huius loci non esse puto. unum tamen cavendum est, si quis codicis ante non cogniti lectiones publici iuris faciat ne parum caute ceteris libris non adhibitis certas deteriorum codicum familias constitui posse arbitretur. nam ut unum proferam exemplum, codices Vaticanum 1663, Reginenses 1556 et 1708, Urbinatem 648, Ottobonianum 1475 a communi archetypo originem ducere demonstrari posse putavit Wotkius[1]) eo, quod in his libris versus Ach. II 68 sic cadit:

quid enim genialia foedera rumpi.

tamen in **QC** idem exstat, sed non tam Wotki, quam Kohlmanni culpa est, qui ut multis locis, ita hic parum accurate de **Q** rettulit. id quod mihi fere dubitationem movet de codicis **K** lectione.

nos igitur totam hanc farraginem, unde poetae verba nil lucrari certum est, negleximus pro huius editionis

---

1) Zeitschrift für österreichische Gymnasien XLII (1891) p. 200.

ratione. iam etsi codicum **QCK** ope hic illic errores manifestos codicis **P** corrigere licuit, tamen paucis locis — non tot quot editores vulgo putant — tamen ante communem omnium librorum fontem[1]) corruptelae inrepserunt. ubicumque vero Puteanei lectiones veritatis speciem prae se ferunt, eas servandas esse mihi persuasum est vel non perspecta interpolationis in ceteris libris ratione. plerisque autem locis minime dubitabis, cur difficiliorem et elegantiorem genuinae traditionis lectionem spreverint ei, qui poetam facilem intellectu reddere volebant.

iam postquam rationem, quam in textu constituendo sequendam esse censeo, breviter pro huius loci opportunitate exposui, pauca addo, quae non ab omni parte supervacanea esse arbitror. Achilleis enim post scholia in Thebaidem composita gravissima menda videtur contraxisse. nam uno loco genuinam lectionem cum Puteaneo servavere Thebaidos scholia.[2]) neque vero semper ambo carmina coniuncta fuisse inde certo efficitur, quod sunt auctores haud pauci qui Thebaidem probe noverunt, Achilleidis ne unum quidem locum laudaverunt. Achilleidos autem scholia, si in re lubrica necdum satis disquisita audeo iudicare, cum praeter verborum quasdam simplicissimas interpretationes nihil fere contineant, quod non item exstet in Servio, non una cum Thebaidos scholiis videntur orta esse.

auctores quod addidi, quatenus fieri potuit — neque enim quisquam hic viam aperuerat —, neminem moleste spero esse laturum. plures locos doctiores fortasse adnotare posse haud nescio, ego partim ex editionibus veteribus, partim de meo quae collegeram, malui quamvis

1) quo autem tempore Puteanei stirps a reliquorum digressa sit, altiore et propria quaestione opus est, quae huius praefationis modum vereor ne superet.

2) cf. adn. crit. ad Ach. I 344.

pauca non deesse, quam sine hoc adiumento editionem in publicum emitti.

iam vero cum ad finem pervenerimus, nihil restat nisi ut gratias agam eis viris doctis, quorum ope atque auxilia adiuta Achilleis nostra nunc prodit in lucem. quo in numero imprimis nomino eos qui bybliothecis Parisinae et Monacensi praesunt, quibus auctoribus codices Puteanum et Parisinum commode mihi licuit conferre; deinde Fridolfum Gustafsson, qui non solum de codice Vaticano quaerenti mihi benignissime rettulit, sed etiam de multis Achilleidos locis sententiam suam mecum communicavit. id unum doleo, quod inter Addenda tantummodo nonnulla ex eis proferri potuerunt, cum textus iam prelo esset traditus. quod cum Ludovico Traube saepius de rebus palaeographicis colloqui licuit, summo mihi emolumento fuisse grato animo profiteor. deinde Fridericus Vollmer egregia qua est comitate plagulas meas inspexit nec non multa ex uberrimo doctrinae suae fonte adspersit. praeter eum in operarum erroribus emaculandis strenuus adiutor fuit amicus Georgius Lehnert. summas vero iterum gratias ago atque habeo Mauritio Krohn, qui non solum hoc subiit munus, sed etiam cum vere huius anni, ille ut ab officii, ego ut a militiae laboribus recrearemur, carmen nitidissimum communi tractaremus lectione, de multis locis amoenissimis conloquiis mecum disputavit.

Scripsi Monachi mense Augusto anni MCMI.

Alfredus Klotz.

appendix I.

de Stati Achilleide praeter editiones hae mihi innotuere commentationes, quas in apparatu critico auctoris nomine addito anno laudavi:

F. A. Menke, observationes criticae in Statii Achilleida. Gottingae 1814.

O. Müller, quaestiones Statianae. progr. Berolini 1861.

Ae. Nauke, observationes criticae et grammaticae in Publium Papinium Statium. diss. Vratislaviae 1863.

O. Müller, mus. Rhen. vol. XVIII (1863) p. 189 sq.

H. A. Koch, coniectaneorum in poetas Latinos pars altera. progr. Francofurti ad Viadr. 1865.

Ph. Kohlmann, Philol. vol. XXXIV (1876) p. 569 sq.

H. Koestlin, Philol. vol. XXXV (1876) p. 532.

idem, Philol. vol. XXXVII (1877) p. 289.

H. Blümner, Königsberger wiss. Monatsblätter VI (1878) p. 156.

C. E. Sandstroem, studia critica in Papinium Statium. Upsaliae 1878.

Ae. Baehrens, Bursiani annal. vol. X (1879) p. 52 sq.

R. Bitschofsky, Fleckeisensi annal. vol. CXXI (1880) p. 499.

idem, de C. Sollii Apollinaris Sidonii studiis Statianis. Vindobonae 1881.

O. Müller, Electa Statiana. progr. Berolini 1882.

C. Schenkl, stud. Vindob. vol. IV (1882) p. 99 sq.

L. Havet, rev. de philol. VI (1882) p. 178.
idem, rev. de philol. VII (1883) p. 102.
H. Deiter, Philol. vol. XLIII (1884) p. 404.
M. C. P. Schmidt, Woch. f. Philol. IV (1885) p. 1099.
U. de Wilamowitz, de tribus carminibus Latinis. ind. lect. Gottingae 1893.
F. Vollmer, mus. Rhen. vol. LI (1896) p. 27 sq.
H. Deiter, Philol. LVII (1898) p. 343.
F. Gustafsson, Festschrift für Vahlen (1900) p. 493 sq.
A. Klotz, Archiv für Lexicographie XII (1900) p. 124.
de nonnullis locis ipse propediem in Philologo agam.

appendix II.

notarum index.

P = codex Parisinus 8051 (Puteaneus) saec. IX.
  P^1 = ipsius librarii manus.
  $\dot{\mathbf{P}}^c$ = corrector aequalis.
  P^r = correctores recentiores.
Q = codex Parisinus 10 317 saec. X.
  Q^1 = ipsius librarii manus.
  Q^2 = corrector (in supplementis **q**).
C = codex Bruxellensis 5338 saec XI.
  C^1 = ipsius librarii manus.
  C^2 = (in supplementis **c**), **C**^{3}, **C**^{4} correctores.
K = codex Gudianus 54 saec. XI.
  K^2 = corrector (in supplementis **k**).
ω = consensus codicum **QCK**.
E = codex Etonensis bl. 6, 5 saec. XI.

Addenda et Corrigenda.

ad p. **5** v. 13 *mille carinis* cf. e. g. VERG. Aen. IX 148.

ad p. **13** v. 194 *iuncto* coniecit Gustafssonus pro *victo*.

ad p. **14** v. 204 *artas* defendi posse adnotat idem. Thetidi e loco superiore terras intuenti artae h. e. in angustum spatium confertae videntur insulae. aliter res se habet v. 530.

ad p. **15** v. 239 coniecit *segnior et* pro *Et senior,* eleganter quidem, sed non necessario, si quid video. *aquis* enim cum *ingemit* coniungendum videtur nec *senior* constans Fluviorum epitheton removendum.

p. **16** in adnotatione notam quae ad v. 242 pertinet, errore ad v. 243 relata est.

ad p. **17** v. 276 *exordia manant indolis effrenae. tumidum* eqs. proposuit Gustafssonus. qua interpunctione accepta velim meam coniecturam *manant* in textum recipi. idem error in **P** Theb. II 674.

ad p. **30** v. 527 *audes* malit Gustafssonus.

ad p. **32** v. 556 addas exemplum Vergilianum Aen. VII 700 *cum sese e pastu referant* (cycni).

ad p. **41** v. 753 *more* coniecit Gustafssonus.

ad p. **44** v. 810 *sors* idem commendat e Vaticano 3281. at *fors* intellego fortunam.

ad p. **54** v. 24 *confessumque* cum deterioribus libris scribi iubet Gustafssonus. neque tamen mihi persuasit, item quod v. 36 *ullis* recipi vult.

ad p. **57** v. 93 addas egregiam Gustafssoni conieturam *his* ⟨*sua*⟩ *primum arma ostendisse lacertis.*

p. **VI** v. 4 legas *antistaret.*

p. **IX** v. 2 etiam *-ti* erectis litteris excudendum fuit.

p. **XXIV** v. 25 legas *49*^{b} pro *496*.

postquam iam absolutum est opus, quaedam menda operarum, non mea culpa in libellum inrepsere, e. g. p. **V** compluries in interpunctionibus peccatum est, p. **47** v. 861 monstrum *dversao* pro *adverso* legi doleo. pro quibus opificum nomine veniam rogo.

P. PAPINI STATI

A C H I L L E I D O S

LIBRI II.

P. PAPINI STATI

ACHILLEIDOS

LIBER I.

Magnanimum Aeaciden formidatamque Tonanti
progeniem et patrio vetitam succedere caelo,
diva, refer. quamquam acta viri multum inclita cantu
Maeonio, sed plura vacant: nos ire per omnem
— sic amor est — heroa velis Scyroque latentem
Dulichia proferre tuba nec in Hectore tracto
sistere, sed tota iuvenem deducere Troia.
tu modo, si veterem digno deplevimus haustu,

Testimonia: 1 Ps. Serg. gramm. IV 537, 8 *propter 'avonomicum'* Aeacides id est Achilles, Aeaci nepos . . Statius sic: 'magnanimum Aeaciden formidatamque Tonanti progeniem'. 3 Schol. Stat. Ach. 1, 6 unde superius: 'cantu Maeonio, sed plura vacant (vocant **M**)'.

Exempla: 2 *cf.* Verg. georg. IV 227 succedere caelo.

STĀ · POETAE THE | BAIꝺORU(ɱ) · LIBRI · XII · | ЄXPLICIVNT ※ | INCIP̄· AchILL̄ · LIB̄ · PRI(ɱ̄); **P**: STACII · PAMPINII · SVRSVLI · LIBER | PRIMVS AchILLEIDOS INCIPIT **Q** *rubr.*: EXPLICIT LIB · XII · THEBAIDOS INCIPIT P. PAPINI STATII ACHILLEIDOS LIB. I **K**: STATII PAPINII SVRSVLI ACHILLEIDOS LIBER | PRIMVS INCIPIT **C** *rubr.*: *nullus titulus in* **E**

2 cęlo *om.* $\mathbf{P}^1$: *add.* $\mathbf{P}^c$ 3 multum (*ex* -a **Q**): multa *Otto Müller 1882 p. 13*; *at* plura *v. 4 idem valet quod complura* 4 vocant **Q** 6 Du(r)[illegible]icia (*fuit* -l-; -r- *add.* $\mathbf{P}^r$) **P** 8 veterem **PE**: veteres $\mathbf{KC}^3$: vere[illegible] (*fuit* ve(te)reſ) **Q**: vere $\mathbf{C}^1$ deplevimus (-p- *ex* -f- $\mathbf{P}^1$): deflevimus **C**

da fontes mihi, Phoebe, novos ac fronde secunda
necte comas: neque enim Aonium nemus advena pulso
nec mea nunc primis augescunt tempora vittis.
scit Dircaeus ager meque inter prisca parentum
nomina cumque suo numerant Amphione Thebae.
  at tu, quem longe primum stupet Itala virtus
Graiaque, cui geminae florent vatumque ducumque
certatim laurus — olim dolet altera vinci —,
da veniam ac trepidum patere hoc sudare parumper
pulvere. te longo necdum fidente paratu
molimur magnusque tibi praeludit Achilles.
  solverat Oebalio classem de litore pastor
Dardanus incautas blande populatus Amyclas
plenaque materni referens praesagia somni
culpatum relegebat iter, qua condita ponto
fluctibus invisis iam Nereis imperat Helle:
cum Thetis Idaeos — heu numquam vana parentum
auguria! — expavit vitreo sub gurgite remos.
nec mora, et undosis turba comitante sororum
prosiluit thalamis: fervent coeuntia Phrixi

Testimonia: 20 Gramm. IV 565, 29 de qua (*sc. Helena*) sic Statius: 'solverat ⟨O⟩ebalio classem de litore pastor Dardanus incautas blande populatus Amiclas.'

Exempla: 10 *cf.* silv. V 2, 18 nec . . . penetrale senatus advena pulsasti. V 3, 209 vocales lucos . . pulsantem. Prop. III 3, 42 Aonium . . nemus.

---

10 pulso *om.* **P** *addita nota* ∴ 11 augescunt (albescunt **C**[3]) 14 longe primum (-us **P**) **PQK**: primum longe **C** 15 ducemque **P** 17 sudare **QCE**: suadere **P**: su≡dere K: sordere *Baehrens* 18 paratu≡ (-m *eras.*) **P** 21 blande populatus: clam depopulatus *Menkius 1814 p. 5, falso* 22 somni: somnii *intellegit Menkius 1814 p. 13* 25 idaeis **P** 27 sororum **PQK**: suorū **C**

litora et angustum dominas non explicat aequor —
illa discusso primum subit aera ponto —:
'me petit haec, mihi classis' ait, 'funesta minatur,
agnosco monitus et Protea vera locutum.
ecce novam Priamo facibus de puppe levatis
fert Bellona nurum: video iam mille carinis
Ionium Aegaeumque premi; nec sufficit, omnis
quod plaga Graiugenum tumidis coniurat Atridis:
iam pelago terrisque meus quaeretur Achilles.
et volet ipse sequi. quid enim cunabula parvo
Pelion et torvi commisimus antra magistri?
illic, nil fallor, Lapitharum proelia ludit
inprobus et patria iam se metitur in hasta.
o dolor, o seri materno in corde timores!
non potui infelix, cum primum gurgite nostro
Rhoeteae cecidere trabes, attollere magnum
aequor et incesti praedonis vela profunda
tempestate sequi cunctasque inferre sorores?
nunc quoque —, sed tardum, iam plena iniuria raptae.
ibo tamen pelagique deos dextramque secundi,
quod superest, complexa Iovis per Tethyos annos
grandaevumque patrem supplex miseranda rogabo
unam hiemem.' dixit magnumque in tempore regem
aspicit. Oceano veniebat ab hospite, mensis

Exempla: 33 *cf.* Ov. met. XII 4 36 *cf.* silv. III 2, 98 tumidoque nihil iuratus Atridae. 52 *cf.* silv. IV 2, 53 *sq.*

---

30 illa **P**: illa ubi *ω* 31 Me petit **PQKC**[2]: Torpuit **C**[1]

32 prothea **PQC** vaṇ̣a (er supra) **Q**[1] 39 comissimus **P** *cf. v. 385* 40 nil **P**: ni *ω* 43 primum in gurgite **C** 43 Non *i. q. nonne esse monuit Menkius* 44 Rho&ea **P**: Retheę **C**[2]: Hętheę **C**[1] 51 tempore (pectore **Q**) regem *ω*: rege[illegible] (*fuit* ſ) **P**

laetus et aequoreo diffusus nectare vultus —
unde hiemes ventique silent cantuque quieto
armigeri Tritones eunt scopulosaque cete
Tyrrhenique greges circumque infraque rotantur
rege salutato; placidis ipse arduus undis
eminet et triplici telo iubet ire iugales.
illi spumiferos glomerant a pectore cursus,
pone natant delentque pedum vestigia cauda —,
cum Thetis: 'o magni genitor rectorque profundi,
aspicis in qualis miserum patefeceris usus
aequor? eunt tutis terrarum crimina velis,
ex quo iura freti maiestatemque repostam
rupit Iasonia puppis Pagasaea rapina.
en aliud furto scelus et spolia hospita portans
navigat iniustae temerarius arbiter Idae,
eheu quos gemitus terris caeloque daturus,
quos mihi! sic Phrygiae pensamus gaudia palmae,
hi Veneris mores, hoc gratae munus alumnae?
has saltem — num semideos nostrumque reportant

Exempla: 55 *cf.* Verg. Aen. V 822 *sq.* Hom. *N* 27 *sq.* 59 *cf.* Theb. II 46 *sq.* Verg. georg. III 117 gressus glomerare superbos 60 Verg. georg. III 59 vestigia cauda 61 *cf.* Ov. met. XI 202 65 Ov. met. VII 1 Pagasaea puppe *cf.* Val. Fl. I 422. 71 *cf.* Theb. III 518.

---

53 aequoreo: aequoreos *Kochius 1865 p. 13* 54 unde: undae *Vollmer* hiemes **PK**: hilares **QC** 55 Armigeri░ **P**

56 Thyrrheniq. **P** 58 iuvet **P** 59 glomer ante░ (s superscript) (*pro* e^s *fuit* a) **Q** cursus **P**: fluctus **QKC** (*sed* fluct- C^2 *in ras.*) *a pectore currunt cete, pone natant* 60 cauda: caudae *sec. Weitinghium ad Hom. lat. p. 34 Hauptius, at cf. O. Müller 1863 p. 189* 62 quales **QC** 65 $\overset{a}{r}$pina (a *add.* C^2) **C** 68 caeloq. **P**: pelagoque **QKC** 69 gaudia **P**: praemia **QKC** 71 num *PC:* nunc **Q**: n̄ **K**: numi **E**

Thesea? —, si quis adhuc undis honor, obrue puppes,
haut permitte fretum! nulla inclementia: fas sit
pro nato timuisse mihi. da pellere luctus,
nec tibi de tantis placeat me fluctibus unam
litus et Iliaci scopulos habitare sepulcri.'
    orabat laniata genas et pectore nudo
caeruleis obstabat equis. sed rector aquarum
invitat curru dictisque ita mulcet amicis:
'ne pete Dardaniam frustra, Theti, mergere classem:
fata vetant, ratus ordo deis miscere cruentas
Europamque Asiamque manus, consultaque belli
Iuppiter et tristes edixit caedibus annos.
quem tu illic natum Sigeo in pulvere, quanta
aspicies victrix Phrygiarum funera matrum,
cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros
undabit campos, modo crassa exire vetabit
flumina et Hectoreo tardabit funere currus

Exempla: Verg. Aen. XII 606 et roseas laniata genas 79 Theb. III 294 dictisque ita mulcet amicis. Verg. Aen. II 147 dictisque ita fatur amicis (VIII 126).

---

72 undis honos **QC**: honor undis **E** 73 Haut **P**: Aut *ω*; haut permitte fretum *scil. puppibus* 74 da pellere luctus **P**: da tollere fluctus *ω cf. v. 92* 75 de tantis: detentis *Brandesius 1885 p. 582* fluctibus unam **P**: fluctibus unum *ω*: fletibus udam *Otto Mueller 1863 p. 189*: tractibus unum *Schrader*: neptibus unam *Baehrens 1879 p. 53*: fluctibus imum *Havetus 1883 p. 102, Brandesius l. l.* 76 iliacis oculos **P** sepulchri **PQC** 77 genas **PKC**: comas $\mathbf{Q}^2$ *in ras.* (*suberat* g. . . .) 78 equis $\mathbf{PQKC}^1$: aquis $\mathbf{C}^2$ sed **P**: tunc *ω* rector $\mathbf{P}\Sigma^1$: ductor *ω* 81 vetant (*fort.* ver- **P**) deis: dies (e *adras.*) **Q** 82 Europamque asiamque **P**: Europaeque asiaeque **KC**: Europae atque asiaeque **Q**: Europen Asiamque *Menkius, sed cf. e. g.* Verg. Aen. X 91 belli **P**: bella *ω* 83 edixit tristes **K** 84 natum in Sigeo *Lachmannus ad Lucr. III 374* 85 funera: vulnera *Wakefieldius* 86 tepido **P**: trepidos $\mathbf{QKC}^1$: tepidos $\mathbf{C}^2$ teucros **P**: teucro *ω* 87 Undavit **P** 88 tardavit $\mathbf{P}\Sigma^1$ funere **P***ω*: pondere Σ^1

impelletque manu nostros, opera inrita, muros!
Pelea iam desiste queri thalamosque minores:
crederis peperisse Iovi; nec inulta dolebis
cognatisque utere fretis: dabo tollere fluctus,
cum reduces Danai nocturnaque signa Caphereus
exseret et dirum pariter quaeremus Ulixen.'
dixerat. illa gravi vultum demissa repulsa,
quae iam excire fretum et ratibus bellare parabat
Iliacis, alios animo commenta paratus,
tristis ad Haemonias detorquet brachia terras.
ter conata manu, liquidum ter gressibus aequor
reppulit et niveas feriunt vada Thessala plantas.
laetantur montes et conubialia pandunt
antra sinus lateque deae Sperchios abundat
obvius et dulci vestigia circuit unda.
illa nihil gavisa locis, sed coepta fatigat
pectore consilia et sollers pietate magistra

Testimonia: 93 Schol. Stat, Theb. IX 307 ut ipse in Achilleidos: 'nocturnaque ⟨signa⟩ Caphareus exeret (*corr. in* exercet **M**) et dirum pariter quaeremus Ulixen'. 101 [Serv.] Verg. Aen. I 73 (*add. in cod. Dresd.*) Statius quoque corripuit 'connubialia pandunt antra sinus'.

Exempla: 95 Verg. Aen. I 561 voltum demissa.

---

89 manu **ω**: manus **P** 91 Crederis (*sicut coniecerant Menkius p. 19 et Naukius 1863 p. 12*) **P**: Cre▒deris **K**: Credideris **QC**Σ^1
92 Cognatisque **P**: Cognatis **ω** 93 caphereus **PQK**Σ^1: caph^e^reus (^e^ *add.* C^2) **C** 94 ulixen Schol. Stat. **P**: ulixem **ω**
96 Quae iam (*ex* Qua&am P^1) 97 animo **P**: iterum **ω**: animi *Otto Müller 1882 p. 13* 98 terras **ω**: terra **P**
102 sperchios **Pω**Σ^1: Spercheos *cum Menkio p. 15 Kohlmannus cf.* 628 sperchie, II 145 sperchios **P**, sperchio silv. III 4, 85 **M**, *at* Ach. I 239 spercheos **P**, Theb. IV 838 *item* obundat *Havetus 1882 p. 178*

longaevum Chirona petit. domus ardua montem
perforat et longo suspendit Pelion arcu;
pars exhausta manu, partem sua ruperat aetas.
signa tamen divumque tori et quem quisque sacravit
accubitu genioque locum monstrantur: at intra
Centauri stabula alta patent, non aequa nefandis
fratribus. hic hominum nullos experta cruores
spicula nec truncae bellis genialibus orni
aut consanguineos fracti crateres in hostes,
sed pharetrae insontes et inania terga ferarum.
haec quoque dum viridis; nam tunc labor unus inermi
nosse salutiferas dubiis animantibus herbas,
aut monstrare lyra veteres heroas alumno.
  et tunc venatu rediturum in limine primo
opperiens properatque dapes largoque serenat
igne domum: cum visa procul de litore surgens

Testimonia: 107 Schol. Stat. Theb. X 83 ut ipse alibi 'et longo suspendit Pelion arcu'. 109 Prisc. gramm. II 473, 18 (*propter supinum* accubitum) Statius in I Achilleidos 'quem quisque sacrasset accubitu genioque locum'.

Exempla: 106 *cf.* silv. I 1, 7. 107 Theb. X 83 *Iris* longo suspenditur arcu. 111 *cf.* Verg. Aen. VI 286 Centauri in foribus stabulant. 114 *cf.* Verg. georg. II 455 *sq.* Ov. met. XII 242 *sq.* 119 Theb. II 314 in limine primo.

---

106 *et* 107 *om.* **K** 108 rupera a&as **P** 109 Signaț **P** (*del.* **P**[1]) sacravit **P**: sacrarat *ω*: sacrasset Prisc.: sacrarit *cum Menkio p. 25 Kohlmannus.* (sacrarint *postea Menkius*). *tunc vero cum Hertzio* (*ad Prisc. l. l.*) locus *scribendum. at est enuntiatum relativum.* 110 locu▒ monstra▒tur (*fuit* -um *et* -ntur) **Q**: locus monstrantur **C**: loci monstrantur *Menkius* 113 genialibus (*h. e. quae in nuptiis facta sunt*): gentilibus *Baehrens 1879 p. 53* 114 ▒rateres (*fuit* g-) **P** 116 dum viridis **PQC**: tum iuvenis **K** tunc: nunc *cum Gudiano 52 Gronovius* 121 surgens **PE**: mater *ω* *cf. Kohlmannus 1876 p. 570*

Nereis; erumpit silvis — dant gaudia vires —
notaque desueto crepuit senis ungula campo.
tunc blandus dextra atque imos demissus in armos
pauperibus tectis inducit et admonet antri.
    iamdudum tacito lustrat Thetis omnia visu
nec perpessa moras: ʿubinam mea pignora, Chiron,
dic' ait, ʿaut cur ulla puer iam tempora ducit
te sine? non merito trepidus sopor atraque matri
signa deum et magnos utinam mentita timores?
namque modo infensos utero mihi contuor enses,
nunc planctu livere manus, modo in ubera saevas
ire feras; saepe ipsa — nefas! — sub inania natum
Tartara et ad Stygios iterum fero mergere fontes.
hos abolere metus magici iubet ordine sacri
Carpathius vates puerumque sub axe peracto

Testimonia: 131 Prisc. gramm. II 444, 12 ʿtueor, tuēris' et ʿtuor, tuĕris'. Statius in I Achilleidos ʿnamque modo infensos utero mihi contuor enses'. Eutych. gramm. V 465, 2 (*item de* tueor *et* tuor) idem etiam aliud ab eo compositum in VIII (VII *cod. Paris.*) libro Thebaidos extulit, contuor, ut ʿnamque modo infensos utero mihi contuor enses.

Exempla: 123 *cf. Vollmer ad* silv. V 3, 55.

---

122 *interpunctionem quam Baehrens commendavit iam exhibet e. g.* **Q** 123 Notaque **P**: Motaque **ω** *probatum Gronovio Diatribes p. 510* campo **PQKC**²: callo **C**¹ 124 Tunc: Nunc **C** demissus **P**: summissus **ω** 125 admonet antri **P**: admovet antris **ω** 127 chiro **P** 128 Dic: Sunt **C** 129 non (*h. e. nonne*) merito **PQ**: num merito **C**: nū īnmerito **K**
131 Iamque **PQKC**²: Namque **C**¹ infensos Prisc. Eutych. **QK**: infessos **P** (*cf. v. 245*): immensos **C**: infestos *ex Monac. Gustafssonus 1900 p. 494. intellege* mihi infensos in utero contuor enses 132 libere **P** 134 ad *om.* **P** *sine lac.* 135 magici **ω**: magni **P** iuvet **P** 136 Carphthius **P** vatis **Q** peracto (*h. e. occidentali*) **P**: probato **ω**

secretis lustrare fretis, ubi litora summa
Oceani et genitor tepet inlabentibus astris
Pontus. ibi ignotis horrenda piacula divis
donaque — sed longum cuncta enumerare vetorque;
trade magis!' sic ficta parens: neque enim ille dedisset,
si molles habitus et tegmina foeda fateri
ausa seni. tunc ipse refert: 'duc, optima, quaeso,
duc genetrix humilique deos infringe precatu.
nam superant tua vota modum placandaque multum
invidia est. non addo metum, sed vera fatebor:
nescio quid magnum — nec me patria omina fallunt —
vis festina parat tenuesque supervenit annos.
olim et ferre minas avideque audire solebat
imperia et nostris procul haut discedere ab antris:
nunc illum non Ossa capit, non Pelion ingens
Pharsaliaeve nives. ipsi mihi saepe queruntur
Centauri raptasque domos abstractaque coram
armenta et semet campis fluviisque fugari:
insidiasque et bella parant tumideque minantur.
olim equidem Argoos pinus cum Thessala reges

Exempla: 151 Verg. Aen. IX 644 nec te Troia capit.

---

137 Secretis **PKQC²**: Dircetis **C¹** 138 austris **Q²** *in ras.* 139 ibi **P**: ubi *ω*; *distinxi cum Vollmero* 141 ficta **P**: fata *ω* 143 ipse **P**: ille *ω* 144 humilesque **C** 145 Nam: non *Havetus 1882 p. 178. sed Thetidis vota maiora esse quam ceterorum dicit Chiron* 147 nescia **Q** paria **Q** 148 tenuesque (-isque **Q** *ante corr.* **C**): tenerosque *vulgo. at tenues anni et ei sunt qui nondum conroborati sunt et ei qui roboris tempus praeterierunt* 149 et ferre *ω*: efferre **P** avideque audire **P**: et obire audita **QKC²**: *om.* **C¹** 150 descedere **P** 152 Pharsaliaeve **P**: Thessaliaeve *ω*: Pharsalive *Baehrens parum apte, terram enim requirimus, legamus ergo* -įaeve 154 fluvisque **P** *cf. v. 279* 155 tumideque *Kohlmannus*: timideque **P**: tumidique *ω* 156 Argoos (*h. e. Argonautas*): Argolicos *Heinsius*: Argivos *Baehrens* -ssala reges *in ras.* **Pᶜ**

hac veheret, iuvenem Alciden et Thesea vidi —
sed taceo.' figit gelidus Nereida pallor:
ille aderat multo sudore et pulvere maior,
et tamen arma inter festinatosque labores
dulcis adhuc visu: niveo natat ignis in ore
purpureus fulvoque nitet coma gratior auro.
necdum prima nova lanugine vertitur aetas,
tranquillaeque faces oculis et plurima vultu
mater inest: qualis Lycia venator Apollo
cum redit et saevis permutat plectra pharetris.
forte et laetus adest — o quantum gaudia formae
adiciunt! —: fetam Pholoes sub rupe leaenam
perculerat ferro vacuisque reliquerat antris
ipsam, sed catulos adportat et incitat ungues.
quos tamen, ut fido genetrix in limine visa est,
abicit exceptamque avidis circumligat ulnis,
iam gravis amplexu iamque aequus vertice matri.
insequitur magno iam tunc conexus amore
Patroclus tantisque extenditur aemulus actis,
par studiis aevique modis, sed robore longe,
et tamen aequali visurus Pergama fato.

protinus ille subit rapido quae proxima saltu
flumina fumantesque genas crinemque novatur

---

157 *versum a* **P**[1] *omissum in ima mg. add.* **P**[c]. *aberraverat librarius a* Thessala *ad* Thesea Adveheret **C** 160 Attamen **C** 162 Porpureus **P** 166 Dum **C** 174 tunc: nunc *Queckius* iam tunc magno **C** 175 extenditur: accenditur *Bernartius* 176 modis: animis *Baehrens 1879 p. 54* sed: nec *Sandstroemius 1878 p. 39* robore: robora *Schrader, cf. Theb. X 638 XI 432* 177 tamen: tandem *Sandstroemius l. l.* Attamen **C**: Sed tamen (*sed* S; *in ras. perspicitur fuisse* -t) **Q** 179 fumantisque **C** crimenque **Q** novatur: novavit **C**[2]

fontibus: Eurotae qualis vada Castor anhelo
intrat equo fessumque sui iubar excitat astri.
miratur comitque senex, nunc pectora mulcens
nunc fortes umeros: angunt sua gaudia matrem.
tunc libare dapes Baccheaque munera Chiron
orat et attonitae varia oblectamina nectens
elicit extremo chelyn et solantia curas
fila movet leviterque expertas pollice chordas
dat puero. canit ille libens inmania laudum
semina: quot tumidae superarit iussa novercae
Amphitryoniades, crudum quo Bebryca caestu
obruerit Pollux, quanto circumdata nexu
ruperit Aegides Minoia bracchia tauri,
maternos in fine toros superisque gravatum
Pelion: hic victo risit Thetis anxia vultu.
nox trahit in somnos, saxo conlabitur ingens
Centaurus blandusque umeris se innectit Achilles,
quamquam ibi fida parens, adsuetaque pectora mavult.
  at Thetis undisonis per noctem in rupibus astans,
quae nato secreta velit, quibus abdere terris
destinet, huc illuc divisa mente volutat.

Exempla: 200 Verg. Aen. IV 285 (= VIII 20) animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.

---

180 vada **ω**: vaga **P** 181 fessumque **ω**: fessusque **P** 185 attonitae varia obiectamina (oblectamina *Gronovius*) **P**: attonitam vario oblectamine **ω** nectens **PK**: mulcens **QC**[3] *in ras.* 187 cordas **P** 189 quot *Kohlmannus* (*cf. 490*): quod **PC**: quo▒ (*eras.* d?) **Q**: q^{u}ę **K** superaret **Q** 190 Amphytrionides **Q** quo **K**: quod **PQC** 192 minoia **PΣ**[1]: minoi▒ **QC**: *idem vel* minoi **K** tari **P** 194 victo **QK**: huicto **P**: ficto *in ras.* **C**[3] 196 se innectit **PK**: innectit **Q**: herebat **C**[3] *in ras.*
198 undisonis **PQK**: undosis **C**: umbrosis *Gronovius* hastans **P** 199 addere (*cf. 529 sic etiam* **C**) telis **P** (*quod de tela descendere censet Vollmer*); *an* abdere caelis? 200 Destinat **Q**

proxima, sed studiis multum Mavortia Thrace;
nec Macetum gens dura placet laudumque daturi
Cecropidae stimulos, nimium opportuna carinis
Sestos Abydenique sinus: placet ire per altas
Cycladas. hic spretae Myconosque humilisque Seriphos
et Lemnos non aequa viris atque hospita Delos
gentibus. inbelli nuper Lycomedis ab aula
virgineos coetus et litora persona ludo
audierat, duros laxantem Aegaeona nexus
missa sequi centumque dei numerare catenas.
haec placet, haec timidae tellus tutissima matri.
qualis vicino volucris iam sedula partu
iamque timens, qua fronde domum suspendat inanem,
providet hic ventos, hic anxia cogitat angues,
hic homines: tandem dubiae placet umbra, novisque
vix stetit in ramis et protinus arbor amatur.
  altera consilio superest tristemque fatigat
cura deam, natum ipsa sinu conplexa per undas
an magno Tritone ferat, ventosne volucres
advocet an pelago solitam Thaumantida pasci.
elicit inde fretis et murice frenat acuto

Exempla: 201 *cf.* Verg. Aen. I 14 studiisque asperrima belli.

---

201 sed **PQK^{1}C**: nec **K^2** *Baehrens 1879 p. 54; at supplendum: proxima quidem est sed studiis m. M. Thr.* 202 *ex* macetum -dum *effecit* **Q^2** laudumque: -ve *Baehrens l. l.* 204 altas *ω*: artas **P** *cf. v. 530* 205 hic: his **Q** myconosque **PKC**: myconos **Q** (*eras.* -q;) 206 atque inhospita **Q** 212 volucris *ω*: -es **P** 213 suspendat *ω*: -it **P** 214 hic . . . hic **PK^{1}Q**: hinc . . . hinc **K^{2}C** 215 Hic **P**: Hi^{n}c **KQ**: Hinc **C** protinos **Q** *post* 216 *in cod. quodam Oldenburgensi exstat hic versus* Componitque nidos quibus ansia natos effovet (*voluit interpolator* quibus effovet anxia natos). 221 Elicit (*ex* -et **C^{1}Q^1**)

delphinas biiugos, quos illi maxima Tethys
gurgite Atlanteo pelagi sub valle sonora
nutrierat; — nullis vada per Neptunia glaucae
tantus honos formae nandique potentia nec plus
pectoris humani — iubet hos subsistere pleno
litore, ne nudae noceant contagia terrae.
ipsa dehinc toto resolutum pectore Achillen,
qui pueris sopor, Haemonii de rupibus antri
ad placidas deportat aquas et iussa tacere
litora: monstrat iter totoque effulgurat orbe
Cynthia. prosequitur divam celeresque recursus
securus pelagi Chiron rotat udaque celat
lumina et abreptos subito iamiamque latentes
erecto prospectat equo, qua cana parumper
spumant signa fugae et liquido perit orbita ponto.
illum non alias rediturum ad Thessala Tempe
iam tristis Pholoe, iam nubilus ingemit Othrys
et senior Spercheos aquis speluncaque docti
muta senis; quaerunt puerilia carmina Fauni
et sperata diu plorant conubia Nymphae.
  iam premit astra dies humilique ex aequore Titan

Exempla: 237 Ov. met. VII 222 Thessala Tempe. Hor. carm. I 7, 4.

222 biiugos **PE**: biiuges **QKC** thetis **P**ω 223 athlantaeo **P**: adlanteo **Q**: athlanteo **C** 224 Nutrigerat **P** *cf. v. 494* 226 iuvet **P** 227 noceant (doceant **C**^{2}) terrae **PQKC**^{2} (*vel* **C**^{3}): formae **C**^{1} 228 pectore: corpore *cum Wakefieldio Schenkelius 1882 p. 101* achillem *vel* -ē ω 229 pueri **K** 230 Ad ω: At **P** adportat **Q** 231 effulgurat **PCE**: effulgerat **KQ**^{1} (s *sscr.* **Q**^{3}) 233 rotat **P**: rogat ω *cf. Wilamowitzius 1893 p. 11*: notat *Schenkelius 1882 p. 100*

234 arreptos **C** 238 otryus (h *add.* **Q**^{2}) **Q** 239 senior **P**: tenuis ω spercheos **PK**: sperchi[illegible]os **C**: sperchius **Q** 240 senis queritur: *Heinsius e codd.* 241 At **C**

rorantes evolvit equos et ab aethere magno
sublatum curru pelagus cadit, at vada mater
Scyria iamdudum fluctus emensa tenebat,
exierantque iugo fessi delphines erili:
cum pueri tremefacta quies oculique patentes
infusum sensere diem. stupet aere primo,
quae loca, qui fluctus, ubi Pelion? omnia versa
atque ignota videt dubitatque agnoscere matrem.
occupat illa manu blandeque adfata paventem:
'si mihi, care puer, thalamos sors aequa tulisset,
quos dabat, aetheriis ego te conplexa tenerem
sidus grande plagis, magnique puerpera caeli
nil humiles Parcas terrenaque fata vererer.
nunc inpar tibi, nate, genus, praeclusaque leti
tantum a matre via est; quin et metuenda propinquant
tempora et extremis admota pericula metis.
cedamus, paulumque animos submitte viriles
atque habitus dignare meos. si Lydia dura
pensa manu mollesque tulit Tirynthius hastas,
si decet aurata Bacchum vestigia palla
verrere, virgineos si Iuppiter induit artus,

Exempla: 251 *cf.* Hom. *A* 361 (*et alibi*) *χειρί τέ μιν κατέρεξεν ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν.* 260 *cf.* 582 Prop. III 11, 20.

---

243 humilique **P**: humilisque *ω* 244 at **QC**: ad **P**: ac *in ras.* **K** 245 emensa *ω*: emissa **P** *cf. v. 131* 247 patentes **PE** (*quod etiam e Monac. commendavit Gustafssonus 1900 p. 494*): iacentes **QK**: iacentis **C**: paventes *Baehrens* 249 fluctus *in ras.* **P**[1] versa **P**: versat *ω* 252 tulisset **P** dedisset *ω* 255 Nihil **P** 257 a matre **PE**: matre *ω* quin et **PQK**: cui nunc **C** 260 habitus *ω*: avitus **P** sic **C**[2] diva **C**[1] († dura **C**[3]) 263 arcus **P**

nec magnum ambigui fregerunt Caenea sexus:
has sine, quaeso, minas nubemque exire malignam.
mox iterum campos, iterum Centaurica reddam
lustra tibi: per ego hoc decus et ventura iuventae
gaudia, si terras humilemque experta maritum
te propter, si progenitum Stygos amne severo
armavi — totumque utinam! —, cape tuta parumper
tegmina nil nocitura animo. cur ora reducis
quidve parant oculi? pudet hoc mitescere cultu?
per te, care puer, cognata per aequora iuro,
nesciet hoc Chiron.' sic horrida pectora tractat
nequiquam mulcens; obstat genitorque roganti
nutritorque ingens et cruda exordia magnae
indolis. effrenae tumidum velut igne iuventae
si quis equum primis submittere temptet habenis:
ille diu campis fluviisque et honore superbo
gavisus non colla iugo, non aspera praebet
ora lupis dominique fremit captivus inire
imperia atque alios miratur discere cursus.

Testimonia: 269 [Serv.] Verg. Aen. VI 57 (*add. in cod. Dresd.*) unde Statius 'si te Stygos amne severo armavi totumque utinam!'

Exempla: 267 Verg. Aen. IV 314 per ego has lacrimas *eqs.* 271 Theb. IV 494 ora reducentem.

---

264 cenaea **P** 265 Has (*in ras.* **C**[3]) ω: Hae **P** nubemque . . . malignam **P**: numenque (-u- **C**[2] *in ras.*) . . . malignum ω 267 Lusta **P** iubentę **P** 271 nihil **P** reduces **P** 274 hęc (ę *in ras.* **Q**[1]) **QC** 276 magnae ω: manent **P**; *an* manant? 277 Indo▒lis (*videtur erasum esse* ci) **P** 278 temp& **P** 279 fluvisque **P**: fluviis **C** 281 fremit **P**: gemit **QK**: negat **C**

quis deus attonitae fraudes astumque parenti
contulit? indocilem quae mens detraxit Achillem?
Palladi litoreae celebrabat Scyros honorum
forte diem, placidoque satae Lycomede sorores
luce sacra patriis, quae rara licentia, muris
exierant dare veris opes divaeque severas
fronde ligare comas et spargere floribus hastam.
omnibus eximium formae decus, omnibus idem
cultus et expleto teneri iam fine pudoris
virginitas matura toris annique tumentes.
sed quantum virides pelagi Venus addita Nymphas
obruit, aut umeris quantum Diana relinquit
Naidas: effulget tantum regina decori
Deidamia chori pulchrisque sororibus obstat.
illius et roseo flammatur purpura vultu
et gemmis lux maior inest et blandius aurum:
atque ipsi par forma deaest, si pectoris angues
ponat et exempta pacetur casside vultus.

Testimonia: 285 Prisc. gramm. II 327, 4 (*propter dativi* -i *correptum*) Statius in I Achilleidos 'Palladi litoreae celebrabat (litore accelebrabat *codd.*) Scyros honorem'.

Exempla: 290 silv. III 3, 113 decus eximium famae. 292 Verg. Aen. VII 53 iam matura viro, iam plenis nubilis annis. 293 *cf.* silv. I 2, 116 Hom. ζ 102 *sq.*

---

284 quae mens detraxit (contraxit **C**) Achillem: -que nimis correxit A. *Kochius 1865 p. 13*: quae res distraxit A. *Baehrens. at* mens *idem valet quod cogitatio* 285 celerabat **Q** scyros Prisc. ω: scyrus **P** honorem Prisc. 288 veris ω: versis **P** 289 comas ligare **P** 291 Vultus **C** expleta **Q** 292 animique **C** 293 nympha **P** *sine ras.* 296 Deidamea **P**: Deidimia **C** 299 deaest *Kohlmannus*: deest **P**: deae ω
300 pacetur **P** (*ut coni. D. Heinsius ad* Clavd. Pros. II 147): placetur ω capside **P**

hanc ubi ducentem longe socia agmina vidit,
trux puer et nullo temeratus pectora motu
deriguit totisque novum bibit ossibus ignem.
nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis
in vultus atque ora redit lucemque genarum
tinguit et inpulsam tenui sudore pererrat.
lactea Massagetae veluti cum pocula fuscant
sanguine puniceo vel ebur corrumpitur ostro:
sic variis manifesta notis — palletque rubetque —
flamma repens. eat atque ultro ferus hospita sacra
dissiciat turbae securus et inmemor aevi,
ni pudor et iunctae teneat reverentia matris.
ut pater armenti quondam ductorque futurus,
cui nondum toto peraguntur cornua gyro,
cum sociam pastus niveo candore iuvencam
aspicit, ardescunt animi primusque per ora
spumat amor, spectant hilares obstantque magistri.
  occupat arrepto iam conscia tempore mater:
'hasne inter simulare choros et bracchia ludo
nectere, nate, grave est? gelida quid tale sub Ossa
Peliacisque iugis? o si mihi iungere curas

Exempla: 304 *cf.* Verg. Aen. VIII 389 *sq.* 307 *cf.* Theb. II 84 308 Verg. Aen. XII 67 Indum sanguineo veluti violaverit ostro si quis ebur. *cf.* Hom. Δ 141 309 *cf.* Theb. I 537 321 *cf.* Verg. Aen. IV 328 *sq.*

---

301 vultu (mo *supra*) **P** (*utrumque* **P**[1]) 303 Deriguit **CQ** (*ante corr.*): Diriguit **P** *cum reliquis* 304 latet (la *s. v. add.* **P**[1]) 307 fuscant: fucant *D. Heinsius* 308 veluti (*e v. 307*) ebur **P** 309 *interpunctionem correxit Schenkelius 1882 p. 99* 310 repens **PC**[1]**QK**: recens **C**[3] 311 Dissiciat **PCK**: -eat **Q** 313 ductorque **P**: rectorque *ω* 315 Dum **C** pastu[illegible] (*fuit* -ſ) **Q**: pastu **E** 316 ardescuntque animi **QC** 317 obstantque **P** (op-) **E**: optantque *ω* 319 Has **Q** 321 Peliacisve **C**

atque alium portare sinu contingat Achillen!'
mulcetur laetumque rubet visusque protervos
obliquat vestesque manu leviore repellit.
aspicit ambiguum genetrix cogique volentem
iniecitque sinus; tum colla rigentia mollit
submittitque graves umeros et fortia laxat
bracchia et inpexos certo domat ordine crines
ac sua dilecta cervice monilia transfert;
et picturato cohibens vestigia limbo
incessum motumque docet fandique pudorem.
qualiter artifici victurae pollice cerae
accipiunt formas ignemque manumque sequuntur:
talis erat divae natum mutantis imago.
nec luctata diu; superest nam plurimus illi
invita virtute decor, fallitque tuentes
ambiguus tenuique latens discrimine sexus.
procedunt, iterumque monens iterumque fatigans
blanda Thetis: 'sic ergo gradum, sic ora manusque,

Testimonia: 332 Prisc. gramm. II 340, 8 (*propter ablativum* artifici) Statius in I Achilleidos 'qualiter artifici victurae pollice cerae accipiunt formas'.

Exempla: 336 Hor. carm. II 5, 22 339 Verg. Aen. III 490 sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. *cf.* Hom. δ 149

---

322 achillen **P**: -em *ω* 323 laetumque **KQC**: laetu≡que (*rasurae locus aptus litterae* m) **P**: letusque **E** visosque **P** 325 cogique *Heinsius*: cogitque volantē **K** 326 sinus **PKQ**: manus **C** tum **KQ** *Bentleius*: tunc **PC** recentia **P** 328 inpexos **PQCE**: imp≡exos (l *eras.*) **K** donat **P** 330 pictorato **P** cohibens **PE**: cohibet *ω* 332 artificis **C** 333 ignemque: lignumque (*sc. quo formatur opus*) *Blümner 1878 p. 156*: digitumque *M. C. P. Schmidt 1885 p. 1099* sequntur **P**: sequentes **C** 336 Invita **P**: Invicta *ω* 338 iterumque monens iterumque fatigans **P**: iterumque monet iterumque fatigat *ω*

nate, feres comitesque modis imitabere fictis,
ne te suspectum molli non misceat aulae
rector et incepti pereant mendacia furti.'
dicit et admoto non distat comere tactu.
sic ubi virgineis Hecate lassata Therapnis
ad patrem fratremque redit, comes haeret eunti
mater et ipsa umeros exertaque bracchia velat;
ipsa arcum pharetrasque locat vestemque latentem
deducit sparsosque tumet conponere crines.
 protinus adgreditur regem atque ibi testibus aris
'hanc tibi' ait, 'nostri germanam, rector, Achillis
— nonne vides, ut torva genas aequandaque fratri? —
tradimus: arma umeris arcumque animosa petebat
ferre et Amazonio conubia pellere ritu.
sed mihi curarum satis est pro stirpe virili:
haec calathos et sacra ferat, tu frange regendo
indocilem sexuque tene, dum nubilis aetas
solvendusque pudor; neve exercere protervas

Testimonia: 344 Schol. Stat. Theb. III 422 Therapnas: civitatis nomen est in Lycia (in Laconica *an* Lycio?) Apollini sacra nec a sororis eius religione dissentiens, ut ipse alibi 'Hecate laxata Therapnis'.

---

340 imitavere **P** 342 incerti **CQ** 343 distat **P**: cessat **ω**. *magis adridet Wilamowitzii (1893 p. 10) explicatio quam Vollmeri (1896 p. 31)* 344 therapnis Schol. Theb. III 422 (*sic correxit Mitscherlichius in edit. hymn. Hom. in Cer. p. 147*): therapinis **P**: pharetris **ω** 347 arcu pharetraque levat *Schrader, Kochius 1865 p. 13* vestemque latentem **P**: -esque -es **ω**: -esque fluentes *Kochius l. l. at recte Barthi scholiasta* intra genua et succinctas *explicat* latentes 348 tumet *Gronovius, Heinsius*: timet **PCE**: studet (*in ras. ex* tumet *vel* timet? **Q**) **KQ** 350 achillis **K**: achilles **P**: achilli **CQ** 351 cenas **P** 353 Ferre (e *finale s. v.* **P**[1]) 356 sexuque **PQE** (*ut coniecit Sandstroemius 1878 p. 39*): sexumque **K**: sensuque (ns *in ras.* **C**[4]) **C** 357 protervas **ω**: catervas **P**

gymnadas aut lustris nemorum concede vagari.
intus ale et similes inter seclude puellas;
litore praecipue portuque arcere memento.
vidisti modo vela Phrygum: iam mutua iura
fallere transmissae pelago didicere carinae.'
accedit dictis pater ingenioque parentis
occultum Aeaciden — quis divum fraudibus obstet? —
accipit; ultro etiam veneratur supplice dextra
et grates electus agit: nec turba piarum
Scyriadum cessat nimio defigere visu
virginis ora novae, quantum cervice comisque
emineat quantumque umeros ac pectora fundat.
dehinc sociare choros castisque accedere sacris
hortantur, ceduntque loco et contingere gaudent.
qualiter Idaliae volucres, ubi mollia frangunt
nubila, iam longum caeloque domoque gregatae,
si iunxit pinnas diversoque hospita tractu
venit avis, cunctae primum mirantur et horrent:
mox propius propiusque volant, atque aere in ipso
paulatim fecere suam plausuque secundo
circumeunt hilares et ad alta cubilia ducunt.

Testimonia: 372 Prisc. gramm. II 278, 3 (*propter vocabulum* grego) Statius in I Achilleidos 'qualiter Idaliae volucres, ubi mollia frangunt nubila, iam longum caeloque domoque gregatae'.

---

358 Cymnadas **P** concede (n *s. v. add.* **P**[1]) 363 parentis **PKC**: patentes **Q** 367 Scyridum **Q** nimio **ω**: niveo **P** 369 fundit **C** 370 Deh$\overset{n}{i}$c **P**: Dein **ωE** *et Otto Müller 1861 p. 13* 374 pennas **Q** diversoque: diverso quae *Menkius contra Stati usum* 376 propius *om.* **PK** 378 Circueunt **C**

digreditur multum cunctata in limine mater,
dum repetit monitus arcanaque murmura figit
auribus et tacito dat verba novissima vultu.
tunc excepta freto longe cervice reflexa
abnatat et blandis adfatur litora votis:
'cara mihi tellus, magnae cui pignora curae
depositumque ingens timido commisimus astu,
sis felix taceasque, precor, quo more tacebat
Creta Rheae: te longus honos aeternaque cingent
templa nec instabili fama superabere Delo;
et ventis et sacra fretis interque vadosas
Cycladas, Aegaeae frangunt ubi saxa procellae,
Nereidum tranquilla domus iurandaque nautis
insula, ne solum Danaas admitte carinas,
ne, precor! hic thiasi tantum et nihil utile bellis,
— hoc famam narrare doce — dumque arma parantur
Dorica et alternum Mavors interfurit orbem,
— cedo equidem — sit virgo pii Lycomedis Achilles.'

Exempla: 381 *cf.* LVCAN. III 739 (*de moriente*) tacito tantum petit oscula vultu. 384 silv. III 2, 5 grande . . depositum. 388 *cf.* Ov. met. VI 191 instabilemque locum Delos dedit.

---

381 vultu **PE**: voto **ω**. *primus Schenkelius 1882 p. 100* vultu *Statio reddidit* 382 fretis **C** 385 comissimus **P** *cf. v. 39* 387 rehae **PQ**: reé **K**: reę **CE** honor **QC** cingant **Q** 388 superavere **P** *versum om.* **C**[1], *suppl.* **C**[2] *in marg.* 389 Et **PKQ**: At **C** 390 Clicladas **P** frangunt: plangunt *Nic. Heinsius, at recte Kohlmannus contulit* II 104 391 domos **Q** nautis **ω**: noctis **P** 393 Ne precor **PQ**[1]**K**: Deprecor **Q**[2]**CE** thiasi *etiam* **Σ**[1] *locum primus recte explicavit Schenkelius 1882 p. 100, postea alii* 394 famam: Fatuam (*!*) *Deiter 1884 p. 404. priorum commenta neglego sciens* 395 Docira **P** interserit (s *ex* f) **Q** 396 achillis **PQ**

interea meritos ultrix Europa dolores
dulcibus armorum furiis et supplice regum
conquestu flammata movet; quippe ambit Atrides
ille magis, cui nupta domi, facinusque relatu
asperat Iliacum: captam sine Marte, sine armis
progeniem caeli Spartaeque potentis alumnam,
iura fidem superos una calcata rapina.
hoc foedus Phrygium, haec geminae commercia terrae?
quid maneat populos, ubi tanta iniuria primos
degrassata duces? — coeunt gens omnis et aetas:
nec tantum exciti, bimari quos Isthmia vallo
claustra nec undisonae quos circuit umbo Maleae,
sed procul admotas Phrixi qua semita iungi
Europamque Asiamque vetat; quasque ordine gentes
litore Abydeno maris alligat unda superni.
fervet amor belli concussasque erigit urbes.
aera domat Temese, quatitur navalibus ora
Eubois, innumera resonant incude Mycenae,
Pisa novat currus, Nemee dat terga ferarum,

Exempla: 407 *cf*. Ov. met. VII 405 bimarem . . Isthmon. 411 *cf*. Theb. II 182 quas (*gentes*) Doricus alligat intus Isthmos.

---

397 ultrix **ω**: victrix **P** furores **C**^{3} *in ras.* ***huius versus initialem litteram duplici magnitudine exhibent*** **CE**. ***pessimi codices hoc versu tertium librum incohant.*** 400 domọ̇ **P** (*corr.* **P**^{1}) 403 una *om.* **P**^{1}: *s. l. add.* **P**^{r} 404 phryfiū fędus **Q**^{2} ***in ras. videtur erasum esse*** foedus phrygium haec **PKQ**: et **C** turmę **C**^{1} (terrę *corr.* **C**^{2}) 405 populos quae **C**^{2} (ṫ i *et* ṫ ubi *sscr.* **C**^{2}) 407 istha **P**^{1}: mi *add. s. l.* **P**^{r} 408 undosę **C**^{1} (undisonę *corr.* **C**^{2}) 409 admotas **PKQ**: ad mętas **C**: amotae *Gronovius*: amoti *Kohlmannus cum deterioribus quibusdam libris* 410 quas ordine **C** 412 conclusasque **P** 413 Aera domat temese (teumese **Q**) **PKQC**^{2}: Aere sonant temesę **C**^{1} *dett. at reperiuntur aera Temesae, non effinguntur; recte Menkius 1814 p. 17*

Cirrha sagittiferas certat stipare pharetras,
Lerna graves clipeos caesis vestire iuvencis.
dat bello pedites Aetolus et asper Acarnan,
Argos agit turmas, vacuantur pascua ditis
Arcadiae, frenat celeres Epiros alumnos,
Phocis et Aoniae iaculis rarescitis umbrae,
murorum tormenta Pylos Messenaque tendunt.
nulla inmunis humus; velluntur postibus altis
arma olim dimissa patrum, flammisque liquescunt
dona deum: ereptum superis Mars efferat aurum.
nusquam umbrae veteres: minor Othrys et ardua sidunt
Taygeta, exuti viderunt aera montes.
iam natat omne nemus: caeduntur robora classi,
silva minor remis. ferrum lassatur in usus
innumeros, quod rostra liget, quod muniat arma,
belligeros quod frenet equos, quod mille catenis
squalentis nectat tunicas, quod sanguine fumet
vulneraque alta bibat, quod conspirante veneno
inpellat mortes; tenuant umentia saxa
attritu et pigris addunt mucronibus iras.

Exempla: 416 *cf.* Ov. met. I 468 sagittifera . . pharetra.

---

417 gravis **Q**[1] iuven(c)tis **P**[1] 418 At **C** acarnan **P**: acarnas **ωE** 420 epirus **Q** 422 messenaque **PC**: messanaque **KQ** 425 ereptum **PE**: et raptum **ω** superis (*sic!*) **P** efferat: asserit *Baehrens; at Mars aurum antea ad deorum cultum adhibitum fero bello vindicat* 426 sidunt (*ex* findunt **Q**): findunt **C** 428 omnem (*del.* **P**[1]) **P** 429 lassatur **PQC**: laxatur **K** in **PE**: ad **ω** 431 frenat (-et **M**[2]) **Q** 432 Squalentis **PQ**: -es **KC** 433 quot **P** 434 tenuant umentia *vulgo*: tenuat umentia **P**: tenuantque humentia **K**: tenuantur mitia (milia **E**) **QE**: tenuantur humentia (humitia *sscr.* **C**[2]) **C**: tenuant acuentia *Nic. Heinsius falso* 435 pigris (*ut* 'ex membranis' *Heinsius, Koestlinius 1877 p. 288*) **PE**: nigris **ω** iram *Heinsius* (*cur?*)

nec modus aut arcus lentare aut fundere glandes
aut torrere sudes galeasque attollere conis.
hos inter motus pigram gemit una quietem
Thessalia et geminis incusat fata querellis,
quod senior Peleus nec adhuc maturus Achilles.
 iam Pelopis terras Graiumque exhauserat orbem
praecipitans in transtra viros insanus equosque
Bellipotens. fervent portus et operta carinis
stagna suasque hiemes classis promota suosque
attollit fluctus; ipsum iam puppibus aequor
deficit et totos consumunt carbasa ventos.
 prima ratis Danaas Hecateia congregat Aulis,
rupibus expositis longique crepidine dorsi
Euboicum scandens Aulis mare, litora multum
montivagae dilecta deae, iuxtaque Caphereus
latratum pelago tollens caput. ille Pelasgas
ut vidit tranare rates, ter monte ter undis
intonuit saevaeque dedit praesagia noctis.
coetus ibi armorum Troiae fatalis, ibi ingens
iuratur bellum, donec sol annuus omnes
conficeret metas. tunc primum Graecia vires

Exempla: 440 silv. II 1, 90 senior Peleus. *cf* Hom. I 438,

---

436 fundere (findere **C**[2]) 437 aut tollere (aut *in ras.* **Q**[1]) **Q** 438 una **P**: ora (ore **Q**) *ω* 439 Thessalia **P**: Thessalis *ω* 440 pelleus negat huc **P** 441 gratumque **Q** 442 transa **P** 443 pontus et aperta **C** 444 suasuasque **P** 445 iam a puppibus **C**: iam▒ puppibus **Q** (*eras.* a) 447 ratis **P**: rates *ω* 449 scandens: scindens *cum Menkio Kohlmannus. at Aulidem in rupe prominente sitam fingit poeta; cf. Theb. II 44, ubi item* scandere *probum est* 450 Centivagẹ **C**[1] (*corr.* **C**[3]) caphareus **C** 451 pelasgaṇs (n *del.* **P**[r]) **P** 452 tranarậ [e] (*corr.* **P**[1]) **P** 455 omnes *ω*: amnes **P**

contemplata suas; tunc sparsa ac dissona moles
in corpus vultumque coit et rege sub uno
disposita est. sic curva feras indago latentes
claudit et admotis paulatim cassibus artat.
illae ignem sonitumque pavent diffusaque linquunt
avia miranturque suum decrescere montem,
donec in angustam ceciderunt undique vallem;
inque vicem stupuere greges socioque timore
mansuescunt: simul hirtus aper, simul ursa lupusque
cogitur et captos contempsit cerva leones.
  sed quamquam et gemini pariter sua bella capessant
Atridae famamque avida virtute paternam
Tydides Sthenelusque premat, nec cogitet annos
Antilochos septemque Aiax umbone coruscet
armenti reges atque aequum moenibus orbem,
consiliisque armisque vigil contendat Ulixes:
omnis in absentem belli manus ardet Achillem,
nomen Achillis amant, et in Hectora solus Achilles
poscitur, illum unum Teucris Priamoque loquuntur
fatalem. quis enim Haemoniis sub vallibus alter

Exempla: 471 *cf.* Theb. XI 28 armenti reges.

---

457 ac **PKQ**: et **C** 459 Disposita **ω**: Deposita **P** curva **PKQ**: torva **C** 460 classibus **PQ** 461 Illę (*sic!*) **P** linqunt **P** 462 Avia **ω**: Avita **P** 464 gregem **C** 466 contemp^{n}sit (n *ut. vid.* $\mathbf{Q}^2$; *eras.* s) **Q** 467 capessant: lacessant *Menkius* 468 avida **PE**: avidi **ω** paterna **K** 469 stelenusque (-isque **Q**) **QC** premat **P**: premant **ω** 470 Antilochos *Klotzius*: Antilochous **P**: -us **ω** alax **P** 471 montibus **C** 472 Consiliisque (*ut coniecerat Koestlinius 1877 p. 289*) **PKQ**: Consiliis **C** commendet (-et *ex* -at $\mathbf{C}^1$) **C** 475 priamo teucrisque **C** 476 valibus **P**

creverit effossa reptans nive? cuius adortus
cruda rudimenta et teneros formaverit annos
Centaurus? patrii propior cui linea caeli,
quemve alium Stygios tulerit secreta per amnes
Nereis et pulchros ferro praestruxerit artus?
haec Graiae castris iterant traduntque cohortes.
cedit turba ducum vincique haut maesta fatetur.
sic cum pallentes Phlegraea in castra coirent
caelicolae iamque Odrysiam Gradivus in hastam
surgeret et Libycos Tritonia tolleret angues
ingentemque manu curvaret Delius arcum,
stabat anhela metus solum Natura Tonantem
respiciens: quando ille hiemes tonitrusque vocaret
nubibus, igniferam quot fulmina posceret Aetnen.
atque ibi dum mixta vallati plebe suorum
et maris et belli consultant tempora reges,

Exempla: 478 *cf.* CIRIS 45 prima rudimenta et iuvenes . . annos. 484 *cf.* AETNA 42 Phlegraeis . . . castris.

---

477 effo̲sa (u *add.* Q[2]) Q adortus (*sic!*) PKC: ad ortus E: ab ortu (*ex* ad ortus Q[1]) Q 479 proprior P linea PK: libera Q: semita C 481 Nerei P et ferro pulchros C praestruxerit (r *medium s. l.* P[1]) 483 hauıt P 484 pallentes (l *prius add.* P[1]): Pallenes *Wilamowitzius 1893 p. 13* palantes *cum Aldina Kohlmannus; at recte iam Bitschofskyus 1881 p. 37 contulit* APOLL. SID. carm. 7, 133 timuit Natura paventem post Phlegram pugnare Jovem; 6, 15 cum trepidum spectaret Phlegra Tonantem. *cf. etiam* AETNA 54 SIL. XII 146
486 lybricos P 488 metus (t *clarius reddidit* P[r]) P: metu ω solum ω: sola P natura: iam turba *Baehrens, at cf. ad v. 484* 490 *et* 491 *inverso ordine exhibet* P
490 Nubilus QC quot (t *in ras.* C[4]; *non fuit* -d) C: quod PK: quō (u *in ras.* Q[1]?) Q aetnen P: etnen (h *s. l.*) K: ęthnam QC
491 plebo P 492 consultantempora (t *s. l. add.* P[r]) P

increpitans magno vatem Calchanta tumultu
Protesilaus ait — namque huic bellare cupido
praecipua et primae iam tunc data gloria mortis —:
'o nimium Phoebi tripodumque oblite tuorum,
Thestoride, quando ora deo possessa movebis
iustius aut quianam Parcarum occulta recludes?
cernis ut ignotum cuncti stupeantque premantque
Aeaciden? sordent vulgo Calydonius heros
et magno genitus Telamone Aiaxque secundus,
nos quoque: sed Mavors et Troia abrepta probabunt.
illum neglectis — pudet heu! — ductoribus omnes
belligerum ceu numen amant. dic ocius aut cur
serta comis et multus honos? quibus abditus oris
quave iubes tellure peti? nam fama nec antris
Chironis patria nec degere Peleos aula.
heia, inrumpe deos et fata latentia vexa,
laurigerosque ignes, si quando, avidissimus hauri!
arma horrenda tibi saevosque remisimus enses,
numquam has inbelles galea violabere vittas:
sed felix numeroque ducum praestantior omni,
si magnum Danais pro te dependis Achillem.'

Exempla: 493 Verg. Aen. II 122 vatem magno Calchanta tumultu protrahit in medios.

---

494 agit **P** 495 gloria **PE**: copia *ω* 498 quianam **P**: quaenam *ω*; *cf. Gustafssonus 1900 p. 494* 499 cunctis **PQ** premantque **P***ω*: fremantque **E** *Baehrens* 500 sordent **P**: sordet *ω* 502 et **P**: sed *ω* abrepta **P**: arrepta *ω*. *abreptam Troiam intellege vi cito captam* 503 neclectis **P** 504 quur **P** 505 multus **P**: mutus (l *num* **Q**[1] *scripserit, dubito*) **Q**: mutus (utus *in ras.* **C**[3]) **CK**: mitis *Gronovius* antris **C** 506 iuves **P** 508 vexa (r *supra* x *add. m. al.* **P**) 509 Laurigeros **Q** 511 galea violabere *ω*: galeare violare (-re *del.* **P**[1]) **P** 512 praestantior (-rae- *in ras.* **P**[r]) 513 Sig (*del.* **P**[1]) **P** pro te dependis (-e de- *in ras.* **P**[r];

iamdudum trepido circumfert lumina motu
intrantemque deum primo pallore fatetur
Thestorides; mox igne genas et sanguine torquens
nec socios nec castra videt, sed caecus et absens
nunc superum magnos deprendit in aethere coetus,
nunc sagas adfatur aves, nunc dura sororum
licia, turiferas modo consulit anxius aras
flammarumque apicem rapit et caligine sacra
pascitur. exsiliunt crines rigidisque laborat
vitta comis, nec colla loco nec in ordine gressus.
tandem fessa tremens longis mugitibus ora
solvit, et oppositum vox eluctata furorem est:
'quo rapis ingentem magni Chironis alumnum
femineis, Nerei, dolis? huc mitte: quid aufers?
non patiar: meus iste, meus. tu diva profundi,
et me Phoebus agit. latebris quibus abdere temptas

Exempla: 518 Theb. III 634 superum .. coetus. 519 silv. V 1, 156 dura sororum licia. 521 Theb. III 598 fruitur caligine mundi. 523 Theb. X 645 vitta comis.

---

sed idem videtur ante ras. fuisse) **P**: pro (per **C**[1]) te (prompte *Baehrens*) portendis **ω**. *traditam lectionem primus poetae vindicavit Wilamowitzius, 1893 p. 9 mitto doctorum commenta*

514 voto (motu *supra*) **Q** 515 dōm (eu *supra*) **Q** 517 astra **Q** videns **C** absens (-bs- *ex* -m- **P**[1]) **PQK**: amens **C** 518 aethera coetos **P** 519 sagax **P** 520 turiferas: turicremas *Menkius* 521 apicem **PE**: apices **ω** 527 nerei▒ (s *eras.*) **C**: nerei (a *supra*) (a *add.* **Q**[2]) **Q** aufers **ω**: audes aufers (*utrumque scripsit* **P**[1]) **P** 529—661 *om.* **ω**, 529—660 *in mg. supplevit m. al.* **K**; *in* **Q** *unius versus spatio intermisso sequebatur v.* 662 *qui nunc est erasus; subsequitur v.* 663 *sq: folio inserto scripti sunt manu recentiore v.* 529—662; *in* **C** *v.* 528 *subsequitur v.* 662, *sed addita nota* đ (*puta* desunt) *in calce libri v.* 529—660. 662 **C**[2] *supplevit. in* **E** *nihil deest.* 529 Et: at *Sandstroemius 1878 p. 39; sed haec vult Calchas: licet tu dea sis, in me quoque deus est addere* **P** *cf. v. 199.*

eversorem Asiae? video per Cycladas altas
attonitam et turpi quaerentem litora furto.
occidimus: placuit Lycomedis conscia tellus.
o scelus! en fluxae veniunt in pectora vestes.
scinde, puer, scinde et timidae ne cede parenti.
ei mihi raptus abit! quaenam haec procul inproba virgo?'
hic nutante gradu stetit amissisque furoris 536
viribus ante ipsas tremefactus conruit aras.
tunc haerentem Ithacum Calydonius occupat heros:
'nos vocat iste labor: neque enim comes ire recusem,
si tua cura trahat. licet ille sonantibus antris
Tethyos aversae gremioque prematur aquosi
Nereos: invenies. tu tantum providus astu
tende animum vigilem fecundumque erige pectus:
non mihi quis vatum dubiis in casibus ausit
fata videre prior.' subicit gavisus Ulixes:
'sic deus omnipotens firmet, sic adnuat illa
virgo paterna tibi! sed me spes lubrica tardat:
grande equidem armatum castris inducere Achillem;
sed si fata negent, quam foedum ac triste reverti!

Exempla: 530 Verg. Aen. XII 545 Priami regnorum eversor Achilles. 539 Verg. Aen. II 704 nec . . tibi comes ire recuso. *cf.* Hor. sat. II 5, 17, 543 Verg. Aen. VII 338 fecundum concute pectus.

---

530 cidas cicladas **q** 532 pla≡cuit (c *in ras.*; *fuit* placavit) **q** 533 pectore **c** 534 cede **PqcE**: crede **k** 535 procul quaenam (hec *supra*) improba **q** 537 tremefactus: defectus *Cortius* 539 recusem **P**: recuso **ω**: recusen **E** 541 aversae **PqE**: adversae **kc** aquosi **PqE**: aquoso **k**: aquosę **c** 543 pectus **P**^{r} **ω**: pecto **P**^{1} 544 Non **PE**: Nam **ω** ausit: adsit *Schrader, at recte Wilamowitzius 1893 p. 10* 546 ⟨S⟩ic deus omnipotens sic annuat illaque firmet **c** 547 spes me **q** 548 Grande equidem **kc**: Grandem- equidem **P**: Grande quidem **q** armatū ē **qc** ĩ castr' ducere **c** (ducere *in ras.* **c**)

vota tamen Danaum non intemptata relinquam.
iamque adeo aut aderit mecum Peleius heros,
aut verum penitus latet et sine Apolline Calchas.'
conclamant Danai stimulatque Agamemno volentes:
laxantur coetus resolutaque murmure laeto
agmina discedunt. quales iam nocte propinqua
e pastu referuntur aves, vel in antra reverti
melle novo gravidas mitis videt Hybla catervas.
nec mora, iam dextras Ithacesia carbasus auras
poscit, et in remis hilaris sedere iuventus.
at procul occultum falsi sub imagine sexus
Aeaciden furto iam noverat una latenti
Deidamia virum; sed opertae conscia culpae
cuncta pavet tacitasque putat sentire sorores.
namque ut virgineo stetit in grege durus Achilles
exsolvitque rudem genetrix digressa pudorem,
protinus elegit comitem, quamquam omnis in illum
turba coit, blandeque novas nil tale timenti
admovet insidias: illam sequiturque premitque
improbus, illam oculis iterumque iterumque resumit.

Testimonia: 553 Prisc. gramm. II 221, 4 (*propter nominativum* Agamemno) Statius in I Achilleidos 'conclamant Danai stimulatque Agamemno volentes'.

Exempla: 556 *cf.* Sil. II 215 *sq.*

---

551 aut ω: *om.* **P** pelopeius C^4 *in ras.* 552 polline **q** 553 danii **P** volentes *om.* **q** 555 descendunt **C** quales ω: qualis **P** 556 aves **PkcE**: apes **q**: oves *Baehrens; at recte Menkius p. 32 contulit* Sil. II 215 557 gravitas **P** 558 ithacesia P^1**kc**: ithacus iam $P^r q^c$ 559 ad remos **q** hilares **Pq** *cf. v.* 901 560 Ad **P**: Haud **c** occulta **c** 561 noverant **P** latenti **PqcE**: latentem **k** 562 Deidamea **P** 564 durus **Pq**: clarus **kc** 565 genitrix **q**: generis **c** 567 nihil **P**

nunc nimius lateri non evitantis inhaeret,
nunc levibus sertis, lapsis nunc sponte canistris,
nunc thyrso parcente ferit, modo dulcia notae
fila lyrae tenuesque modos et carmina monstrat
Chironis ducitque manum digitosque sonanti
infringit citharae, nunc occupat ora canentis
et ligat amplexus et mille per oscula laudat.
illa libens discit, quo vertice Pelion, et quis
Aeacides, puerique auditum nomen et actus
adsidue stupet et praesentem cantat Achillem.
ipsa quoque et validos proferre modestius artus
et tenuare rudes attrito pollice lanas
demonstrat reficitque colos et perfida durat
pensa manu; vocisque sonum pondusque tenentis,
quodque fugit comites, nimio quod lumine sese
figat et in verbis intempestivus anhelet,
miratur: iam iamque dolos aperire parantem
virginea levitate fugit prohibetque fateri.
sic sub matre Rhea iuvenis regnator Olympi
oscula securae dabat insidiosa sorori
frater adhuc, medii donec reverentia cessit
sanguinis et versos germana expavit amores.
    tandem detecti timidae Nereidos astus.

---

570 non **Pkc**: n̄c̄ **q**   573 mostrat **c**   574 sonanti **ω**: sonantis **P**   575 nunc **Pkc**: n̄ **q**   canentis **Pqk**: tenentis **c**   577 peleon **q**   580 et *om.* **q**   valid̄ **q**   582 colos **Pk**: -us **cq**   perfida durat **P**: perdita dura **ω**   583 voci^s sonum **c**   tenentis **Pkc**: tenentes **q**: veretur *Kochius 1865 p. 14!*   584 se[illegible]se (*fuit* -s-) **P**   585 Figit **q**   intempestib. **P**   586 iam iamque (*prius* iam *s. l. add.* P^r *pro* iamque *fuit* namque *in* **P**)   dolus **P**: oculos **c**   591 versos (*quod e Monac. commendavit Gustafssonus 1900 p. 495*) **Pqc**: veros **k** (?)   amores (-s *om.* P^1 *add.* P^r)

lucus Agenorei sublimis ad orgia Bacchi
stabat et admissum caelo nemus: huius in umbra
alternam renovare piae trieterida matres
consuerant scissumque pecus terraque revulsas
ferre trabes gratosque deo praestare furores.
lex procul ire mares: iterat praecepta verendus
ductor, inaccessumque viris edicitur antrum.
nec satis est: stat fine dato metuenda sacerdos
exploratque aditus, ne quis temerator oberret
agmine femineo. tacitus sibi risit Achilles.
illum virgineae ducentem signa catervae
magnaque difficili solventem bracchia motu
— et sexus pariter decet et mendacia matris —
mirantur comites. nec iam pulcherrima turbae
Deidamia suae tantumque admota superbo
vincitur Aeacide, quantum premit ipsa sorores.
ut vero e tereti demisit nebrida collo
errantesque sinus hedera collegit et alte
cinxit purpureis flaventia tempora vittis
vibravitque gravi redimitum missile dextra,
attonito stat turba metu sacrisque relictis
illum ambire libet pronosque attollere vultus.
talis, ubi ad Thebas vultumque animumque remisit

Exempla: 608 *cf.* silv. I 2, 116 quantum Latonia nymphas virgo premit.

594 umbra **ω**: ume **P** *sine ras.* 595 Alternam **P**: Alternum **ω** renovare **PE**: revocare **ω** trieterida *Gronovius*: triethy.nida (*del.* **P**[1]) **P**: trieterica **k**: triateria **q**: triatherica **c** 596 spissumque **P** 598 Lex **ω**: Rex **P** 599 educitur **P** 600 est stat **ω**: stat est **P** 602 sibi risit **P**: subrisit **qk**: subridet **c** achillis **P** 607 Deidamea **P** 608 aeacidae **P** 609 e tereti *vulgo*: et tereti **Pc**: thereti **q** (*quid* **k** *habeat, Kohlmannus non indicat*) nebria **q** 611 vītis **P**: vitis **c**

Euhius et patrio satiavit pectora luxu,
serta comis mitramque levat thyrsumque virentem
armat et hostiles invisit fortior Indos.
    scandebat roseo medii fastigia caeli
Luna iugo, totis ubi somnus inertior alis
defluit in terras mutumque amplectitur orbem:
consedere chori paulumque exercita pulsu
aera tacent, tenero cum solus ab agmine Achilles
haec secum: ʻquonam timidae commenta parentis
usque feres? primumque imbelli carcere perdes
florem animi? non tela licet Mavortia dextra,
non trepidas agitare feras. ubi campus et amnes
Haemonii? quaerisne meos, Sperchie, natatus
promissasque comas? an desertoris alumni
nullus honos? Stygiasque procul iam raptus ad umbras
dicor, et orbatus plangit mea funera Chiron?
tu nunc tela manu, nostros tu dirigis arcus
nutritosque mihi scandis, Patrocle, iugales:
ast ego pampineis diffundere brachia thyrsis
et tenuare colus — pudet haec taedetque fateri! —
iam scio. quin etiam dilectae virginis ignem
aequaevamque facem captus noctesque diesque

Exempla: 630 silv. III 5, 37 Stygias prope raptus ad umbras.

---

618 invisit **Pq**: invasit **c** (*de* **k** *iterum mihi non liquet*) 619 roseo: niveo *Menkius* caeli **PqkC**^{3}: templi **c** 622 pulsu ω**P**^{r} *in mg.*: c^{r}ūſu **P**^{1}: 623 Aere **P** agmine **Pkc**: īguine **q** achillis **P** 625 perdis **P** 627 agitare **kc**: agitat (-t *possit fortasse* -r *esse*) **q**: sagittare **P** 628 quaeresne **Pc** 631 Ducor **c** 632 manu ω: gradumanu (ut *sscr.* **P**^{r}) **P** tu nostros **c** 635 haec **P**^{1}: heu **P**^{r}ω taedetque (-que *add.* **P**^{r}) 637 Aequaevamque: aequaevaeque *Schrader*

dissimulas. quonam usque premes urentia pectus
vulnera? teque marem pudet — heu! — nec amore probaris?'
sic ait; et densa noctis gavisus in umbra
tempestiva suis torpere silentia furtis
vi potitur votis et toto pectore veros
admovet amplexus; vidit chorus omnis ab alto
astrorum et tenerae rubuerunt cornua Lunae.
illa quidem clamore nemus montemque replevit:
sed Bacchi comites, discussa nube soporis,
signa choris indicta putant; fragor undique notus
tollitur, et thyrsos iterum vibrabat Achilles,
ante tamen dubiam verbis solatus amicis:
'ille ego — quid trepidas? —, genitum quem caerula mater
paene Iovi silvis nivibusque inmisit alendum
Thessalicis. nec ego hos cultus aut foeda subissem
tegmina, ni primo te visa in litore: cessi
te propter, tibi pensa manu, tibi mollia gesto
tympana. quid defles magno nurus addita ponto?
quid gemis ingentes caelo paritura nepotes?
sed pater —: ante igni ferroque excisa iacebit

Exempla: 642 Ov. met. XI 265 et potitur votis.

638 usque **ω**: ipse **P** premis urgentia **qc**: presumerentia **P** (*de* **k** *non liquet*) 639 teque **Pkc**: meque **q** nec **P**: sed **qc** probaris **P**: probabis **ω**; *interpunctionem correxi* 643 vidit **P**: risit **qcE**: risu **k**: rubuit *Scriverius* 646 nube soporis **Pk** (*?*): nocte sorores **qc** 647 vibrabat **ω**: vibrat **P** 649 solatus **P**: solatur **ω** 650 quid **ω**: qui **P** ge[illegible]nitum (*fuit* gem-) **P** 651 paene Iovi *Gustafssonus 1900 p. 496*: Paene iouis **P**: Peneis **qkc**: Paeoniis *Wilamowitzius 1893 p. 12* ēmisit **q** 652 aut **Pkc**: nec **c** 653 Tecmina **q** primo **ω**: e primo **P** visa **ω**: vias **P** celsi (*?*) **c** 656 gemes **P** 657 feroque **q** *aposiopesin primus Barthius agnovit*

Scyros et in tumidas ibunt haec versa procellas
moenia, quam saevo mea tu conubia pendas
funere: non adeo parebimus omnia matri.'
obstipuit tantis regina exterrita monstris,
quamquam olim suspecta fides, et comminus ipsum
horruit et facies multum mutata fatentis.
quid faciat? casusne suos ferat ipsa parenti
seque simul iuvenemque premat, fortassis acerbas
hausurum poenas? et adhuc in corde manebat
ille diu deceptus amor: silet aegra premitque
iam commune nefas; unam placet addere furtis
altricem sociam, precibus quae victa duorum
adnuit. illa astu tacito raptumque pudorem
surgentemque uterum atque aegros in pondere menses
occuluit, plenis donec stata tempora metis
attulit et partus index Lucina resolvit.
II 1 iamque per Aegaeos ibat Laertia flexus
puppis, et innumeras mutabant Cycladas aurae:

---

vade sed ereptum celes taceasque pudorem. 661

Exempla: 667 *cf.* Verg. Aen. IV 383 supplicia hausurum. 676 *cf.* Verg. Aen. III 124 *sq.*

---

659 pendas **q c** (*sic Sandstroemius 1878 p. 40 e codd. Lindenbrogii*): perdas **Pk** 661 *adest in* **q**, *deest in ceteris melioris notae libris; removit Kohlmannus* 662 Obstupuit **q** 663 comminus ipsum horruit: luminis ignem horruit *Kochius 1865 p. 14* 665 patenti **Q** 666 acervas **P** 671 astuta cito **QC** 673 plenis **ω**: plenisque **P** *post* 674 *editiones veteres pleraeque librum primum finiunt, codices pessimi alterum.* Lib. 2 *in* **P** *adscripsit fortasse Puteanus.* 675 paer egeos **P** flexus **Pω**: † fluctus **Q**² *mg.* 676 innumeras mutabant Cycladas aurae *Koestlinius 1876 p. 532*: innumerae m. cyclades auras

II iam Paros Olearosque latent; iam raditur alta
Lemnos et a tergo decrescit Bacchica Naxos,
ante oculos crescente Samo; iam Delos opacat
aequor: ibi e celsa libant carchesia puppi
responsique fidem et verum Calchanta precantur.
audiit Arquitenens Zephyrumque e vertice Cynthi
inpulit et dubiis pleno dedit omina velo.
it pelago secura ratis: quippe alta Tonantis
iussa Thetin certas fatorum vertere leges
arcebant aegram lacrimis ac multa tumentem,
quod non erueret pontum ventisque fretisque
omnibus invisum iam tunc sequeretur Ulixem.
frangebat radios humili iam pronus Olympo
Phoebus et Oceani penetrabile litus anhelis
promittebat equis: cum se scopulosa levavit
Scyros; in hanc totos emisit puppe rudentes
dux Laertiades sociisque resumere pontum
imperat et remis Zephyros supplere cadentes.
accedunt iuxta, et magis indubitata magisque
Scyros erat placidique super Tritonia custos

---

677 olearosque **PKCQ**[2]: claresque **Q**[1] 678 decrescit ·/·canaxos ·/·bacchi **P**: dl. brachia naxos **C** 679 delos (lo *s. v.* **P**[1]) 680 e *om.* **C** puppi **P**: puppe *ω* 681 calcanta **P** 682 arquitenens **P**: arcitenens *ω* vertere **Q**[1] (*corr.* **Q**[2]) canthi **C**[1]: ṫpindi **C**[3] 684 pelago **PQ**[1]: pelagi **Q**[c]**KCE** tonantis *ω*: sonantis **P** 685 thetim **PC** 686 tumentem *Klotzius*: timentem **P**: gementem (legentem **Q** *ante corr.*) *ω*: frementem *Schenkelius 1882 p. 100* 689 Fragebat **P** 691 Promittebat: permittebat *Heinsius* cum se *ω*: cū e **P** levaret (*ex* la- **C**[2]) **C** 692 totas **C** 693 sociisque **P**: sociosque *ω* *cf. Theb. I 595* pontum *ω*: portum **P**: contum *Wernsdorfius* 694 zephyros **PKQ**: auras **C**[3] *in ras.* supplere (-re *s. v.* **P**[1]) 695 iuxta **PE**: iussis (-s *add.* **Q**[2]) *ω*: iussa *Baehrens, quod non intellego* et **PE**: [ẹṭ] (*del.* **Q**[1]) **Q**: etiam **K**: *om.* **C**

litoris. egressi numen venerantur amicae
Aetolusque Ithacusque deae. tunc providus heros,
hospita ne subito terrerent moenia coetu,
puppe iubet remanere suos; ipse ardua fido
cum Diomede petit. sed iam praevenerat arcis
litoreae servator Abas ignotaque regi
ediderat, sed Graia tamen, succedere terris
carbasa. procedunt, gemini ceu foedere iuncto
hiberna sub nocte lupi: licet et sua pulset
natorumque fames, penitus rabiemque minasque
dissimulant humilesque meant, ne nuntiet hostes
cura canum et trepidos moneat vigilare magistros.
    sic segnes heroes eunt campumque patentem,
qui medius portus celsamque interiacet urbem,
alterno sermone terunt; prior occupat acer
Tydides: 'qua nunc verum ratione paramus
scrutari? namque ambiguo sub pectore pridem
verso, quid inbelles thyrsos mercatus et aera
urbibus in mediis Baccheaque terga mitrasque

Exempla: 697 Verg. Aen. III 79 egressi veneramur Apollinis urbem. *cf.* Ov. epist. 21, 93 (91). 705 Theb. IV 85 hiberna sub nocte.

699 terreret **Q^1C** 700 iuvet **P** 703 sed **PKC**: se **Q** graia **PKQ**: grata **C** terris **PKC**: tectis **Q** 704 iuncto **ω**: iuncte **P** 706 rabiemque **ω**: labemque **P** 708 moneant **K**: maneat **Q** magistros **PKQ**: ministros **C** 710 medius **ω**: medios **P** 711 terunt **P**: ferunt **C** (*sic vel* se-, s *vel* f *in ras.* **K**): serunt (*ex* fe-) **Q** 712 qu≡a **C** paramus (-s *ex* -r **Q^1**) 713 pridem **PE**: quidem **Q**: quiddam **K**: prodi **C** 714 Non quit ni [nisi] imbelles (Non quit [nisi] *in ras.* **C^2**) **C**

II huc tuleris varioque aspersas nebridas auro?
hisne gravem Priamo Phrygibusque armabis Achillem?'
illi subridens Ithacus paulum ore remisso:
'haec tibi, virginea modo si Lycomedis in aula est
fraude latens, ultro confessum in proelia ducent
Peliden; tu cuncta citus de puppe memento
ferre, ubi tempus erit, clipeumque his iungere donis,
qui pulcher signis auroque asperrimus; hasta
haec sat erit: tecum lituo bonus adsit Agyrtes
occultamque tubam tacitos adportet in usus.'
dixerat, atque ipso portarum in limine regem
cernit et ostensa pacem praefatus oliva:
'magna, reor, pridemque tuas pervenit ad aures
fama trucis belli, regum placidissime, quod nunc
Europamque Asiamque quatit. si nomina forte
huc perlata ducum, fidit quibus ultor Atrides:
hic tibi, quem tanta meliorem stirpe creavit
magnanimus Tydeus, Ithacis ego ductor Ulixes.
causa viae — metuam quid enim tibi cuncta fateri,

Exempla: 730 VERG. Aen. I 375 si vestras forte per auris Troiae nomen iit. *cf.* II 81. 734 *cf.* Theb. V 623 quid enim timeam moritura fateri?

---

716 Huc **ω**: Hauc **P** varioque **ω**: variosque **P** 717 priamo phrigibus **P**: phrygibus priamoque **ω** armavis **P**: armatus **Q**: armamus **KCE** achillę **P** 718 Olli **C**: Illeque (*ex* Illi **Q**^{2}) **Q** 719 modo **ω**: molo **P** 721 cuncta citus **ω**: nunctacitus **P** 723 *inter* auroque *et* asperrimus *rasura octo fere litterarum in* **Q** hasta **P**: ardet **ω**. *locum expedivit Wilamowitzius 1893 p. 12* 724 acyrtes **P** 727 ostensa **PK**: ostentans (-ns *add.* **Q**^{2}) **Q**: ostentat **C** 728 pridemque tuas (vestras *add. s. l.* **Q**^{2}) 731 ultior **P** 732 Hic (*sic* **C**^{2} *in ras.*) 733 it(h)acis **ω**: ithacus **P** 734 cuncta tibi **P**

cum Graius notaque fide celeberrimus? —: imus
explorare aditus invisaque litora Troiae,
quidve parent.' medio sermone intercipit ille:
'adnuerit Fortuna, precor, dextrique secundent
ista dei! nunc hospitio mea tecta piumque
inlustrate larem.' simul intra limina ducit.
nec mora, iam mensas famularis turba torosque
instruit. interea visu perlustrat Ulixes
scrutaturque domum, si qua vestigia magnae
virginis aut dubia facies suspecta figura;
porticibusque vagis errat totosque penates,
ceu miretur, adit: velut ille cubilia praedae
indubitata tenens muto legit arva Molosso
venator, videat donec sub frondibus hostem
porrectum somno positosque in caespite dentes.
  rumor in arcana iamdudum perstrepit aula,
virginibus qua fida domus, venisse Pelasgum
ductores Graiamque ratem sociosque receptos.
iure pavent aliae; sed vix nova gaudia celat
Pelides avidusque novos heroas et arma
vel talis vidisse cupit. iamque atria fervent

Exempla: 738 Verg. Aen. VII 259 di nostra incepta secundent.

735 Cum **PKQ**[1]: Dum **Q**[2]**C** grauius **P** imus **P** *fort. etiam* **Q**: unus *ω* 736 littera **Q** 737 parant **C** 738 dextrisque **P** 739 dei **PKCQ**[1] *mg.*: sibi **Q**[1] 741 domosque (toros *above*) **Q** 744 aut **PKQ**: haud **C** facie **QC** figurae **P** 746 alit (d *above*) (*corr.* **Q**[2]) **Q**: obit *Heinsius* 747 muto **P**: multo *ω*: fido *Kochius 1865 p. 14* arva (m *sscr.* **P**[r]) **P** 749 positumque in cespite dentem **C** 751 domos **Q** 753 *versum om.* **K**[1], *add.* **K**[2] I[illegible]re (*fuit* Iure) **Q**: ire *Schrader*: cuncta *Kochius l. l.*: inde *Baehrens; at puellae iure pavent* nova **PQC**: sua **K** *Schrader* 754 avidosque **P** heroas (o *s. v. add.* **P**[1])

II regali strepitu et picto discumbitur auro,
cum pater ire iubet natas comitesque pudicas
natarum. subeunt, quales Maeotide ripa,
cum Scythicas rapuere domos et capta Getarum
moenia, sepositis epulantur Amazones armis.
tum vero intentus vultus ac pectora Ulixes
perlibrat visu, sed nox inlataque fallunt
lumina et extemplo latuit mensura iacentum.
at tamen erectumque genas oculisque vagantem
nullaque virginei servantem signa pudoris
defigit comitique obliquo lumine monstrat.
quid? nisi praecipitem blando complexa moneret
Deidamia sinu nudataque tempora semper
exsertasque manus umerosque in veste teneret
et prodire toris et poscere vina vetaret
saepius et fronti crinale reponeret aurum? 771
ut placata fames epulis bis terque repostis, 773
rex prior adloquitur paterisque hortatur Achivos:

---

98 Argolicis ducibus iam tunc patuisset Achilles. 772

Exempla: 764 *cf.* Theb. II 506 *et* V 95 erecta genas. 771 Verg. Aen. XI 576 pro crinali auro.

---

756 aulro (*del.* **P**[1]) **P**: ostro *ω* 757 Tum **Q**[2]**C** 758 maeotide **PKQ**[1]: mareotide **Q**[2]: mareotica **C** ripam **C** 759 Dum **C** 760 sepositis *Schrader*: suppositis **P***ω*, *quod fortasse tamen retineri potuit* 761 Tunc **C** intentos **P**: intent$\overset{o}{u}$s **Q** 762 Perlibrat **P**: Perlibat **QC**: Perliba[illegible] **K** 763 extimplo **C** iacentum **P**: iacentis *ω* 765 pudoreis **P** 767 Quid **P**: Quod **QC** (*de* **K** *non liquet*) teneret (ł moneret *sscr.* **C**[2]) **C** 768 Deidimia **C** sinu **P***ω*: virum **Q**[2] tempora **P**: pectora *ω*; *at de capite obvoluto licet cogitare* 770 reposceret **C** 771 reposceret **C** 772 *om.* **P***ω*, *add.* **Q**[2]**K**[2]**C**[2] *in marg. exulare iussit Kohlmannus*

II 'invideo vestris, fateor, decora inclita gentis
Argolicae, coeptis: utinam et mihi fortior aetas,
quaeque fuit, Dolopas cum Scyria litora adortos
perdomui fregique vadis, quae signa triumphi
vidistis celsa murorum in fronte, carinas!
saltem si suboles, aptum quam mittere bello —
nunc ipsi viresque meas et cara videtis
pignora: quando novos dabit haec mihi turba nepotes?'
dixerat, et sollers arrepto tempore Ulixes:
'haut spernenda cupis; quis enim non visere gentes
innumeras variosque duces atque agmina regum
ardeat? omne simul roburque decusque potentis
Europae meritos ultro iuravit in enses.
rura urbesque vacant, montes spoliavimus altos,
omne fretum longa velorum obtexitur umbra;
tradunt arma patres, rapit inrevocata iuventus.
non alias umquam tantae data copia famae
fortibus aut campo maiore exercita virtus.'

---

107 Possem, plena forent mihi gaudia; namque iuvarem. 781

Exempla: 776 *cf.* Hom. *H* 132 *sq.* *Ψ* 629 *sq.* Verg. Aen V 377 *sq.* 783 silv. IV 8, 28 citius dabit illa nepotes. 792 silv. I 2, 31 data copia tantae noctis.

---

776 utinam ▒ mihi **K** 778 *enuntiata recte distinxit Wilamowitzius 1893 p. 10* 779 celsa **P**: celsas **ω** 780 soboles (*ex* -os **Q**²) **QC** aptum **PC**: aptam **QK** 781 *in deterioribus quibusdam libris extat, damnatus est a Gronovio* 782 meos **Q** 784 arrepto **ω**: abrepto **P** *cf. v. 318* 787 potentis **ω**: potentes **P** 788 Europę **P**: Europes **ω E** ultro moritos **C** 790 longe telorum **C** 791 rapit († ruit **Q**²) 792 Non unquam tantae fuerit (*ex* -at **C**²) data copia famae **C**

aspicit intentum vigilique haec aure trahentem,
cum paveant aliae demissaque lumina flectant,
atque iterat: 'quisquis proavis et gente superba,
quisquis equo iaculoque potens, qui praevalet arcu,
omnis honos illic, illic ingentia certant
nomina: vix timidae matres aut agmina cessant
virginea; a! multum steriles damnatus in annos
invisusque deis, si quem haec nova gloria segnem
praeterit.' exisset stratis, ni provida signo
Deidamia dato cunctas hortata sorores
liquisset mensas ipsum complexa. sed haeret
respiciens Ithacum coetuque novissimus exit.
ille quoque incepto paulum ex sermone remittit,
pauca tamen iungens: 'at tu tranquillus in alta
pace mane carisque para conubia natis,
quas tibi sidereis divarum vultibus aequas
fors dedit. ut me olim tacitum reverentia tangit!
is decor et formae species permixta virili.'
occurrit genitor: 'quid si aut Bacchea ferentes
orgia, Palladias aut circum videris aras?

Testimonia: 794 PRISC. gramm. II 342, 2 'vigil' . . 'a vigile' vel 'vigili' facit ablativum . . . Statius in I Achilleidos 'aspicit intentum vigilique haec aure trahentem'.

---

798 silv. I 2, 233 omnis honos (*eodem fere sensu*). 800 Theb. IV 183 mutos . . . damnatus in annos.

---

794 trahentem: bibentem *Gronovius* 796 superba **P**: superbus **QC** (*de* **K** *non liquet*) 800 virginea; a! *Baehrens*: Virginea Virginea multes (*vel* -os) steriles dãpnatus in annos **C^3** *scr. in ras.* 803 cunctas **ω**: cuncta **P** 806 quoque **PE**: quidem **ω** incerto **P** ex *om.* **C** 807 At (& *in ras.* **Q^1**) 811 Is **PQ^1K**: His **Q^2CE** virili: virilis *Krohnius* 812 aut bacchea **PE**: bachea **ω**

et dabimus, si forte novus cunctabitur auster.'
excipiunt cupidi et tacitis spes addita votis.
cetera depositis Lycomedis regia curis
tranquilla sub pace silet, sed longa sagaci
nox Ithaco, lucemque cupit somnumque gravatur.
vixdum exorta dies et iam comitatus Agyrte
Tydides aderat praedictaque dona ferebat.
nec minus egressae thalamo Scyreides ibant
ostentare choros promissaque sacra verendis
hospitibus. nitet ante alias regina comesque
Pelides: qualis Siculae sub rupibus Aetnae
Naidas Ennaeas inter Diana feroxque
Pallas et Elysii lucebat sponsa tyranni.
iamque movent gressus thiasisque Ismenia buxus
signa dedit, quater aera Rheae, quater enthea pulsant
terga manu variosque quater legere recursus.
tunc thyrsos pariterque levant pariterque reponunt
multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu
quoque pii Samothraces eunt, nunc obvia versae
pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacaenas
Delia plaudentesque suis intorquet Amyclis.
tunc vero, tunc praecipue manifestus Achilles

Exempla: 824 *cf.* Val. Flacc. V 344 *sq.*

---

814 dabimus **PK**: dabitur (-tur *in ras.* **Q**) **QC** novos (v *supra* o) **P** cunctavitur **P**: † cantabitur **Q**[2] *mg.* 815 cupide **Q**: cupidę **C** tacitis (tantis **C**) 817 agaci **P** 818 itaq· (h co *supra*) **P** 819 agyrta **K**: agirte (*fuit* ę) **C** 821 talamo **P** 824 quales **P** siculis **C**[2] 825 Naides **Q**[1]**K** Ennaeas *Gronovius*: aetneas ferosque **P** 826 eloysii **P** 827 ismenia *ω*: inmoenia **P** 828 entea **P**: euchia *ω* 831 curre[illegible]tes **Q** 832 piideis amothraces **P** 835 Tum **P**

nec servare vices nec bracchia iungere curat;
tunc molles gressus, tunc aspernatur amictus
plus solito rumpitque choros et plurima turbat.
sic indignantem thyrsos acceptaque matris
tympana iam tristes spectabant Penthea Thebae.
  solvuntur laudata cohors repetuntque paterna
limina, ubi in mediae iamdudum sedibus aulae
munera virgineos visus tractura locarat
Tydides, signum hospitii pretiumque laboris:
hortaturque legant, nec rex placidissimus arcet.
heu simplex nimiumque rudis, qui callida dona
Graiorumque dolos variumque ignoret Ulixem!
hic aliae, qua sexus iners naturaque ducit,
aut teretes thyrsos aut respondentia temptant
tympana, gemmatis aut nectunt tempora limbis:
arma vident magnoque putant donata parenti.
at ferus Aeacides, radiantem ut comminus orbem,
caelatum pugnas — saevis et forte rubebat
bellorum maculis — adclinem conspicit hastae,
infremuit torsitque genas, et fronte relicta
surrexere comae; nusquam mandata parentis,
nusquam occultus amor, totoque in pectore Troia est.
ut leo, materno cum raptus ab ubere mores

Exempla: 858 *sq.* *cf.* LVCAN. IV 237 *sq.*

---

840 penthebae **P** 842 ≡ibi (*fuit* u-) **Q** 843 Munera *ω*: Numera **P** loca^{b}rat (*corr.* **Q**²) **Q** 844 labor **P** *sine ras.* 846 qui **PKQ**¹: quis **Q**²**C** 847 variumque (πολύτροπον): vafrumque *Heinsius* ignoret **PQC**: ignorat **K**: ignor^{e}at **E** 848 Sic **C** qua **P**: quas *ω* iners *ω*: inest **P** 849 teretes (veteres **C**) 850 timpora **C** 851 putant (-t *s. v.* **P**¹) 853 rubebant **K** 855 fronde **C** 856 ≡usquam **C** 857 ≡usquam **C**

accepit pectique iubas hominemque vereri
edidicit nullasque rapi nisi iussus in iras,
si semel dversao radiavit lumine ferrum,
eiurata fides domitorque inimicus: in illum
prima fames, timidoque rubet servire magistro.
ut vero accessit propius luxque aemula vultum
reddidit et simili talem se vidit in auro,
horruit erubuitque simul. tunc acer Ulixes
admotus lateri summissa voce: ‘quid haeres?
scimus’ ait, ‘tu semiferi Chironis alumnus,
tu caeli pelagique nepos, te Dorica classis,
te tua suspensis exspectat Graecia signis,
ipsaque iam dubiis nutant tibi Pergama muris.
heia, abrumpe moras: sine perfida palleat Ide,
et iuvet haec audire patrem, pudeatque dolosam
sic pro te timuisse Thetin.’ iam pectus amictu
laxabat, cum grande tuba sic iussus Agyrtes
insonuit: fugiunt disiectis undique donis
inplorantque patrem commotaque proelia credunt.
illius intactae cecidere a pectore vestes,
iam clipeus breviorque manu consumitur hasta,

Exempla: 868 *cf.* silv. II 1, 89 Ov. met. II 633 872 Theb. XI 201 abrumpe moras. Verg. georg. III 42 en age segnis rumpe moras. Aen. IV 569 heia age, rumpe moras.

---

860 ullasque **C** nisiussus **P** 862 Et iurata **Q**: It iurata (I- **C**[3] *in ras.*) **C** 863 rubet servire *Krohnius*: iuvet servire **P**: pudet servisse **QC**: iuvat servisse **K** (?): iuvat saevire *Baehrens* 864 lux emula **C** 865 talem (tandem **C**)

872 ide **QC**: idem **P**: ida **K** 873 Et iuvat **Q**: Adiuv$\overset{e}{a}$t (*corr.* **C**[2]) **C** 874 thetim **PQC** 875 achyrtes **P** 876 abiectis **C** 879 clipeus breviorque **ω**: brevior clipeus **P**: cl. leviorque *Menkius*

II — mira fides! — Ithacumque umeris excedere visus
Aetolumque ducem: tantum subita arma calorque
Martius horrenda confundit luce penates.
inmanisque gradu, ceu protinus Hectora poscens,
stat medius trepidante domo: Peleaque virgo
quaeritur. ast alia plangebat parte retectos
Deidamia dolos, cuius cum grandia primum
lamenta et notas accepit pectore voces,
haesit et occulto virtus infracta calore est.
demittit clipeum regisque ad lumina versus
attonitum factis inopinaque monstra paventem,
sicut erat, nudis Lycomedem adfatur in armis:
'me tibi, care pater, — dubium dimitte pavorem! —
me dedit alma Thetis: te pridem tanta manebat
gloria; quaesitum Danais tu mittis Achillem,
gratior et magno, si fas dixisse, parente
et dulci Chirone mihi. sed corda parumper
huc adverte libens atque has bonus accipe voces:
Peleus te nato socerum et Thetis hospita iungunt,

Testimonia: 898 EVTYCH. gramm. V 475, 13 (*propter verbum* adlēgo) Statius Achilleidos I libro 'Peleus te nato socerum et Thetis hospita iungunt adlegantque suos utroque a sanguine divos'.

Exempla: 898 *cf.* Theb. I 392 utroque Iovem de sanguine ducens.

881 *et* 882 *om.* **Q^1K^1C**; *add.* **Q^2K^2** *in mg.* 882 perfudit **Q** 883 Inmanesque **P** gradu⁝ (*eras.* -s) **Q** 884 peleaque **PE**: peleia **QC**: pelegia **K** 885 hast **P** 887 Lamenta **ω**: Amenta **P** 888 colore **Q^1C^1** (*corr.* **Q^2C^3**) 889 Demittit **PKC^1** (*ante corr.*): Dimittit **C^1Q** lumina **K** (*?*): limina **PQC** 890 factis **PE**: fatis **ω** 891 nudis **P** (*cf. supra v. 883* ceu protinus Hectora poscens): nudus **E**: mediis **ω** 892 M&tibi **P** pavorem **PE**: timorem **ω** 893 Me dedit alma thetis **PQK**: Me thetis alma dedit **C** $\overset{\text{dē}}{\text{primū}}$ (*corr.* **Q^2**) **Q** 895 *om.* **K^1** *add.* **K^2** *in mg.* parente **ω**: parentem **P**

adlegantque suos utroque a sanguine divos.
unam virgineo natarum ex agmine poscunt:
dasne? an gens humilis tibi degeneresque videmur?
non renuis. iunge ergo manus et concipe foedus
atque ignosce tuis. tacito iam cognita furto
Deidamia mihi; quid enim his obstare lacertis,
qua potuit nostras possessa repellere vires?
me luere ista iube; pono arma et reddo Pelasgis
et maneo. quid triste fremis? quid lumina mutas?
iam socer es' — natum ante pedes prostravit et addit:
'iamque avus: inmitis quotiens iterabitur ensis!
turba sumus.' tunc et Danai per sacra fidemque
hospitii blandusque precum conpellit Ulixes.
ille, etsi carae conperta iniuria natae
et Thetidis mandata movent prodique videtur
depositum tam grande deae, tamen obvius ire
tot metuit fatis Argivaque bella morari;
fac velit: ipsam illic matrem sprevisset Achilles.
nec tamen abnuerit genero se iungere tali:

Exempla: 902 Verg. Aen. XII 13 et concipe foedus.

---

901 Dasne an gens **P**: Dasne age an **QK** *itemque voluisse videtur* C^2: No[illegible] age nos C^1 humilis **K**: humiles **PQC** *cf. v. 559* 902 renuas **C** 905 Qua **P**: Quid **QC**: Qui (*ex* Quid) **K** repellere vires *Kohlmannus*: repellere vir (*sine ras.*) **P**: evadere flammas *ω* 906 Deluere (*ex* Di C^2) **C** tolle arma et redde **C** pellascis **P** 907 mutas *ω*: mutus **P** 908 prostravit **E**: prostavit **P**: proiecit *ω* 909 enses **P** *interpunxi cum Krohnio* 911 conpellit **PCE**: compellat **QK** 913 videtu (*sic sine ras.*) **P**: videtur *ω* (*etiam* **Q**) 914 ire *om.* **P** *sine ras.* 916 Fac velit **QK**: Fac velut **P**: Ac velut **C** achille (*sic sine ras.*) **P** 917 Nec **PK**: Ne **QC** abnuerit **P**: abnueret *ω* tali *ω*: ali **P** *versum Barthius delendum censuit*

vincitur. arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum, veniae nec protinus amens
credit et opposito genitorem placat Achille.
mittitur Haemoniae, magnis qui Pelea factis
impleat et classem comitesque in proelia poscat.
nec non et geminas regnator Scyrius alnos
deducit genero viresque excusat Achivis.
tunc epulis consumpta dies, tandemque retectum
foedus et intrepidos nox conscia iungit amantes.
illius ante oculos nova bella et Xanthus et Ide
Argolicaeque rates atque ipsas cogitat undas
auroramque timet: cara cervice mariti
fusa novi lacrimas iam solvit et occupat artus.
'aspiciamne iterum meque hoc in pectore ponam,
Aeacide? rursusque tuos dignabere partus?
an tumidus Teucrosque lares et capta reportans
Pergama virgineae noles meminisse latebrae?
quid precer, heu! timeamve prius? quidve anxia mandem,

---

918 Intus ab archanis **C** effer **P** 919 Deidama **P** amens *ω*: ament (-ent *add.* **P**r) **P** 920 achillem (-m *add.* **P**r) **P** 921 haemoniae **P**: haemoniam **KC**: haemonia **Q** magnis **PK**: magni **QC** factis (-s *add.* **P**r) **PK**: facti **QC** 922 Impleat *ω*: Impleant **P** poscat **K**: poscā (-ā *add.* **P**r) **P**: poscant **QC** 923 regnatoreschyrius **P** 924 Dedicit (v supra i) (*corr.* **P**1) **P** 925 retectum **P**: receptum *ω*: refectum *vel* retexum *Schenkelius 1882 p. 101; neutrum intellego, locum explicavit Wilamowitzius 1893 p. 10* 926 conscia iungit *ω*: coniungit **P** 927 xanthos **Q** 928 atque ipsas **P**: atque iam (¯ *addidit supra* i- **Q**2) **Q**: [illegible] iam **K**: atque haec iam **C**
ante 929 *lacunam hiare putavit Baehrens* 932 dignavere **P** partus **K**: portus **PQC** 933 teuchrosque **P** 934 nolis **QC** 935 mandem *vulgo*: tandem **P** -ve prius quidve inde precabo *add.* **Q**2: Quidve precer heu quid timeam prius arma vel hostes **C**; *de* **K** *mihi non constat e Kohlmanni silentio*

cui vix flere vacat? modo te nox una deditque
inviditque mihi! thalamis haec tempora nostris?
hicne est liber hymen? o dulcia furta dolique,
o timor! abripitur miserae permissus Achilles.
i — neque enim tantos ausim revocare paratus —,
i cautus, nec vana Thetin timuisse memento,
i felix nosterque redi: nimis inproba posco!
iam te sperabunt lacrimis planctuque decorae
Troades optabuntque tuis dare colla catenis
et patriam pensare toris aut ipsa placebit
Tyndaris, incesta nimium laudata rapina.
ast egomet primae puerilis fabula culpae
narrabor famulis aut dissimulata latebo.
quin age, duc comitem; cur non ego Martia tecum
signa feram? tu thyrsa manu Baccheaque mecum
sacra, quod infelix non credet Troia, tulisti.
attamen hunc, quem maesta mihi solacia linquis,
hunc saltem sub corde tene et concede precanti
hoc solum, pariat ne quid tibi barbara coniunx,
ne qua det indignos Thetidi captiva nepotes.'
talia dicentem non ipse inmotus Achilles
solatur iuratque fidem iurataque fletu
spondet et ingentes famulas captumque reversus

Exempla: 950 *cf.* Theb. XI 102.

---

936 Cui vix (Coniunx **C**) vocat **Q** 940 I (Ah **C**) 941 thetim **PQC** 946 incesta (in- *fere periit in* **P**) 947 egomet **P**: ego et **Q** (m *sscr.* **K**[1]) **K** (quę *sscr.* **C**[1]) **C** 950 thyrsa **P** (*cf. Arch. für lat. Lexic. XII, 1900, p. 123*): pensa ω 955 tetidi **P**

Ilion et Phrygiae promittit munera gazae.
inrita ventosae rapiebant verba procellae.

Exempla: 960 Ov. met. VIII 134 an inania venti verba ferunt? rem. 286 irrita cum velis verba tulere noti. Cat. 64, 59 inrita ventosae linquens promissa procellae.

---

959 gazae **ω**: pugnae **P**: ca e **P**[1] *mg. inter* a *et* e *umbram litterae* z *cernere mihi videbar* *post v.* 960 *subscribitur*: STATI ACHILL · LIB · PRIMVS · EXPLICIT ¦ INCIPIT LIBER II LEGENTI ¦ VITA FELICITER **P**: STATII PAPINII SVRSVLI ACHILLEIDOS LIB PRIM' FIN · INCIP Scns **C**: *in* **Q** *ultima fol.* 179[a] *linea primaque fol.* 179[b] *vacua nihil inscribitur, similiterque res se habet in* **K**. *in pessimis quibusdam libris v. 960 quartus liber clauditur.*

P. PAPINI STATI

ACHILLEIDOS

LIBER II.

II Exuit implicitum tenebris umentibus orbem
Oceano prolata dies, genitorque coruscae
lucis adhuc hebetem vicina nocte levabat
et nondum excusso rorantem lampada ponto.
et iam punicea nudatum pectora palla
insignemque ipsis, quae prima invaserat, armis
Aeaciden — quippe aura vocat cognataque suadent
aequora — prospectant cuncti iuvenemque ducemque
nil ausi meminisse pavent; sic omnia visu
mutatus rediit, ceu numquam Scyria passus
litora Peliacoque rates escendat ab antro.
tunc ex more deis — ita namque monebat Ulixes —
aequoribusque austrisque litat puctuque sub ipso
caeruleum regem tauro veneratur avumque
Nerea: vittata genetrix placata iuvenca.

---

3 levavit **C** 4 lampa$\overset{d}{t}$a (*sscr.* **P**[1]) **P** 5 nudatum **PKC**[1]: nodatum **QC**[2] *Schenkelius 1882 p. 101* 6 invaserat (inmiserat **Q**[1]) 7 Aeacidem **PKC** 11 Peliacoque rates escendat *Kohlmannus*: p. r. excendat **P**: peliaco raptusque ascendit **Q**[1]: peliaco raptus descendat (-it **Q**[2]) **Q**[2]**KC** 13 Aequoribusque **PQKC**[2]: Aequoreis **C**[1] 15 Nerea **PQKC**[2]: Cerula **C**[1] iuvenca **PE**: iuvenca est *ω*; *cf. e. g.* Theb. VII 573

II hic spumante salo iaciens tumida exta profatur:
'paruimus, genetrix, quamquam haut toleranda pararis,
paruimus nimium: bella ad Troiana ratesque
Argolicas quaesitus eo.' sic orsus et alno
insiluit penitusque noto stridente propinquis
abripitur terris: et iam ardua ducere nubes
incipit et longo Scyros discedere ponto.
turre procul summa lacrimis comitata sororum
commissumque tenens et habentem nomina Pyrrhum
pendebat coniunx oculisque in carbasa fixis
ibat et ipsa freto, et puppem iam sola videbat.
ille quoque obliquos dilecta ad moenia vultus
declinat viduamque domum gemitusque relictae
cogitat: occultus sub corde renascitur ardor
datque locum virtus. sentit Laertius heros
maerentem et placidis adgressus flectere dictis:
'tene' inquit, 'magnae vastator debite Troiae,
quem Danaae classes, quem divum oracula poscunt,
erectumque manet reserato in limine Bellum,
callida femineo genetrix violavit amictu

Exempla: 26 *cf.* Ov. met. XI 466 *sq.* 31 *cf.* Theb. I 75 dictis maerentem flectere adorti.

17 tolleranda **P** pararis *Klotzius*: puberıs (p *s. l.* **P**[1]*?*) **P**: iubebas (iubebar *ex* -as **K**) *ω* 18 *om.* **C**[1] *add.* **C**[2] 21 Abripitur *ω*: Arripitur **P** ducere **PE**: cernere **Q**[1]**KC**: crescere **Q**[2] pubes **C** 22 longo scyros **P**: scyros longo *ω* (*etiam* **Q**) discedere (decrescere **Q**[2]) 23 suorum **C**[1] 24 Commissumque **P**: Confessumque *ω* 25 Pendebat **PC**: Tendebat **QK** 26 freto **PE**: fretum *ω* puppim **Q**[2] fretum et nubem *Menkius; at* sola *ad Deidamiam spectat* 29 renancitur **P** 30 sentit **PE**: sensit *ω* 31 et *om.* **Q**[1]: *suppl.* **Q**[2] *s. l.* 34 limine *ω*: limite **P** 35 violavit **P**: velavit *ω*

II commisitque illis tam grandia furta latebris
speravitque fidem? nimis o suspensa nimisque
mater! an haec tacita virtus torperet in umbra,
quae vix audito litui clangore refugit
et Thetin et comites et quos suppresserat ignes?
nec nostrum est, quod in arma venis sequerisque precantis:
venisses —' dixit, quem talibus occupat heros
Aeacius: 'longum resides exponere causas
maternumque nefas; hoc excusabitur ense
Scyros et indecores, fatorum crimina, cultus.
tu potius, dum lene fretum zephyroque fruuntur
carbasa, quae Danais tanti primordia belli,
ede: libet iustas hinc sumere protinus iras.'
hic Ithacus paulum repetito longius orsu:
'fertur in Hectorea, si talia credimus, Ida
electus formae certamina solvere pastor
sollicitas tenuisse deas nec torva Minervae
ora nec aetherii sociam rectoris amico
lumine, sed solam nimium vidisse Dionen.
atque adeo lis illa tuis exorta sub antris
concilio superum, dum Pelea dulce maritat

Testimonia: 56 Eutych. gramm. V 483, 28 marito, maritas. Statius libro II Achilleidos 'dum Pelea dulce maritat Pelion'.

---

36 [illegible]llis **Q**: ullis **KC** 37 nimis o **QC**: nimis **P**: nimio **K** 38 tacita **PQC**: tanta **K** 40 Et (Ad **C**) 41 precantes *ω* 42 dixit **PE**: ultro *ω*; *recte distinxit Kohlmannus* 43 Aeacius **P**: Aeacides *ω* longum **P**: longum est *ω* 44 entese **P** 46 zephyroque **P**: zephyrisque *ω* fruuntur **PQK**: feruntur **C** 48 licet C^1 (*corr.* C^2) iustas *ω*: iussas **P** hi[illegible]c **Q** 49 repetitos (*del.* P^1) **P** orsu *ω*: ortu **P** 50 ida **P**: ora *ω* timuisse C^2 53 *om.* **QKC**: *add.* K^2 *in mg.* 54 Lumina **QC**

Pelion, et nostris iam tunc promitteris armis.
ira quatit victas; petit exitialia iudex
praemia: raptori faciles monstrantur Amyclae.
ille Phrygas lucos, matris penetralia caedit
turrigerae veritasque solo procumbere pinus
praecipitat terrasque freto delatus Achaeas
hospitis Atridae — pudet heu miseretque potentis
Europae! — spoliat thalamos, Helenaque superbus
navigat et captos ad Pergama devehit Argos.
inde dato passim varias rumore per urbes,
undique inexciti sibi quisque et sponte coimus
ultores: quis enim inlicitis genialia rumpi
pacta dolis facilique trahi conubia raptu
ceu pecus armentumve aut vilis messis acervos
perferat? haec etiam fortes iactura moveret.
non tulit insidias divum imperiosus Agenor
mugitusque sacros et magno numine vectam
quaesiit Europen aspernatusque Tonantem est
ut generum; raptam Scythico de litore prolem
non tulit Aeetes ferroque et classe secutus
semideos reges et ituram in sidera puppim:
nos Phryga semivirum portus et litora circum
Argolica incesta volitantem puppe feremus?
usque adeo nusquam arma et equi, fretaque invia Grais?
quid si nunc aliquis patriis rapturus ab oris

---

57 promitteris (-tt- *ex* -ss- **P**[1]) 61 veritasque **P**: vetitasque *ω* pinos **Q**[2] 68 inlicitis genealia rumpi **PK**: genialia foedera rumpi **QC** 70 viles *ω* 73 nomine **Q** 75 Et **C** rapta scytico **P**: raptam et scithico *ω*; *cf. Wilamowitzius 1893 p. 10* 76 a &es **P** 77 itura **PK**: iteram (v over e) **Q** *79* *Argolicae* **P**

II Deidamian eat viduaque e sede revellat
attonitam et magni clamantem nomen Achillis?'
illius ad capulum rediit manus ac simul ingens
inpulit ora rubor: tacuit contentus Ulixes.
excipit Oenides: 'quin, o dignissima caeli
progenies, ritusque tuos elementaque primae
indolis et, valida mox accedente iuventa
quae solitus laudum tibi semina pandere Chiron,
virtutisque aditus, quas membra augere per artes,
quas animum, sociis multumque faventibus edis?
sit pretium longas penitus quaesisse per undas
Scyron et his primos arma ostendisse lacertis.'
quem pigeat sua facta loqui? tamen ille modeste
incohat, ambiguus paulum propiorque coacto:
'dicor et in teneris et adhuc reptantibus annis,
Thessalus ut rigido senior me monte recepit,
non ullos ex more cibos hausisse nec almis
uberibus satiasse famem, sed spissa leonum
viscera semianimisque lupae traxisse medullas.

---

82 eṣ sede **P** 84 magnus **P** 85 contentẹs (-o- *ex* -u- **P**[1]) **P** 86 Excepit **P** dignissima **PQK**: clarissima **C** 88 Idolis **PE** accendente **P** 89 semina pandere **PKQ**: pandere (*ex* ponere **C**[2]) semina **C** chirō **P** 90 quae **C**[3] *in ras.* artē **C** 91 edis **P**: ede *ω* 93 his primos arma ostendisse lacertis *Wilamowitzius 1893 p. 12*: his primum a. o. lacertis (-is *ex* -os **P**[1]) **P**: his primum armos tendisse lacertis **Q**: his primum arm[illegible] tendisse lacertis **K**: his armis primum tendisse lacertis (-os *ex* is **C**[2]) **C**: hos armis primum vestisse lacertos *Gronovius*: his primum ⟨me⟩ arma ostendisse lacertis *Schenkelius 1882 p. 101*. 95 Incoat **P** proprịorque **P** 96 Sic orat (*corr.* **C**[2]) **C**[1] teneris **PKC**[1]: tene[illegible]ris **Q**: tenebris **C**[2] reptantibus **P**: restantibus *ω* (*etiam* **Q**) 98 Non ullos **PQC**: Nullos **K** hausisse **P**: habuisse *ω* 100 semianimisque **P**: semianimesque *ω* lupae **P**: libens *ω*

II haec mihi prima Ceres, haec laeti munera Bacchi,
sic dabat ille pater. mox ire per invia secum
lustra gradu maiore trahens visisque docebat
adridere feris nec fracta ruentibus undis
saxa nec ad vastae trepidare silentia silvae.
iam tunc arma manu, iam tunc cervice pharetrae,
et ferri properatus amor durataque multo
sole geluque cutis; tenero nec fluxa cubili
membra, sed ingenti saxum commune magistro.
vix mihi bissenos annorum torserat orbes
vita rudis, volucris cum iam praevertere cervos
et Lapithas cogebat equos praemissaque cursu
tela sequi; saepe ipse gradu me praepete Chiron,
dum velox aetas, campis admissus agebat
omnibus, exhaustumque vago per gramina passu
laudabat gaudens atque in sua terga levabat.
saepe etiam primo fluvii torpore iubebar
ire supra glaciemque levi non frangere planta.
hoc puerile decus. quid nunc tibi proelia dicam
silvarum et saevo vacuos iam murmure saltus?

Exempla: 111 *cf.* VERG. Aen. I 317 volucremque fuga praevertitur Hebrum.

102 invia **P**: avia (via **K**) *ω* 106 arma **P**: hasta *ω* phraretrae **P** 107 preparatus **Q** multa **C** 108 fluxa **PQK**: flexa **C** 111 volucres *ω* 112 equos **P**: equo *ω* praemissęque (a *supra* ę) **P** 113 cyron **P** 115 exhaustumque **PK**: exhaustoque **QC** 116 terga **P**: colla *ω* 117 iubebat (r *supra* t) **P**[1]: iubebar **C**: iubebat **QK** 118 supra **P**: super *ω* 120 *vacuos* saevo **C** saltos (v *supra* o) **P**

numquam ille inbelles Ossaea per avia dammas
sectari aut timidas passus me cuspide lyncas
sternere, sed tristes turbare cubilibus ursos
fulmineosque sues, et sicubi maxima tigris
aut seducta iugis fetae spelunca leaenae.
ipse sedens vasto facta exspectabat in antro,
si sparsus nigro remearem sanguine; nec me
ante nisi inspectis admisit ad oscula telis.
iamque et ad ensiferos vicina pube tumultus
aptabar, nec me ulla feri Mavortis imago
praeteriit. didici, quo Paeones arma rotatu,
quo Macetae sua gaesa citent, quo turbine contum
Sauromates falcemque Getes arcumque Gelonus
tenderet et flexae Balearicus actor habenae
quo suspensa trahens libraret vulnera tortu
inclusumque suo distingueret aera gyro.
vix memorem cunctos, etsi bene gessimus, actus.
nunc docet ingentes saltu me iungere fossas,

Exempla: 130 Theb. XII 523 duri Mavortis imago. *cf.* Ov. trist. V 7, 17

---

121 ossaea (cessan with s above Q) devia **Q** dammas **P**: linces *ω* 122 lincas **P**: dammas *ω* 123 ursos **P**: ursas *ω* 124 Flumineosque (*corr.* **P**[1]) **P** 125 subducta **C** 126 facta vasto spectabat (*corr.* **C**[2]) **C**[1] 127 nigro **P**: magno *ω* sanguinecme (nec above) **P** 128 *om.* **C**[1], *add.* **C**[2] *in mg.* 129 ad *om.* **P** et *om.* **QK** ensiberos (f above) **P** 131 Praeteriit **PK**: Praeterit et **QC** meones **Q**: peanes **C** 132 rotent **C**[1] contum (cestum **C**[1]) 134 baleariculs **P** auctor **C** 135 tortu (cornu **C**[1]) 136 Inclusumque suo **P**: Inclusum quotiens *ω* distingueret **P**: discingeret *ω* 137 bene **P**: modo *ω* 138 decet (o above) **P**[1] ingentes **P**: ingenti *ω* fossos **Q**

nunc caput aerii scandentem prendere montis,
quo fugitur per plana gradu, simulacraque pugnae
excipere inmissos scutato umbone molares
ardentesque errare casas peditemque volantis
sistere quadriiugos. memini, rapidissimus ibat
imbribus adsiduis pastus nivibusque solutis
Sperchios vivasque trabes et saxa ferebat:
cum me ille immissum, qua saevior impetus undae,
stare iubet contra tumidosque repellere fluctus,
quos vix ipse gradu totiens obstante tulisset.
stabam equidem, sed me referebat concitus amnis
et latae caligo fugae: ferus ille minari
desuper incumbens verbisque urguere pudorem.
nec nisi iussus abi: sic me sublimis agebat
gloria, nec duri tanto sub teste labores.
nam procul Oebalios in nubila condere discos
et liquidam nodare palen et spargere caestus,
ludus erat requiesque mihi; nec maior in istis
sudor, Apollineo quam fila sonantia plectro
cum quaterem priscosque virum mirarer honores.
quin etiam sucos atque auxiliantia morbis

---

144 *cf.* Ov. met. VIII 555.

---

139 praendere **P** 141 scutato **P**: curvato *ω*; *cf.* Theb. II 671 142 errare **P**: intrare *ω* volantes *ω* 145 Sper^{h}cios **P** vivasque **P**: vulsasque *ω* 146 Qua **C**[1] 149 sed **P**: nec *ω* referebat **P** (-re- *s. l. add.* **P**[1]) 150 fugae **P**: viae **KC**: me **q**; *fugiunt ea quae amnis secum fert* 152 abi *ω*: abii **P** 153 tantos **P** labor^{i}es **P**: laboris **q** 154 Iam **qC** cubalios **q** 155 Et *ω*: E **P** nodare (*sicut commendaverat Gronovius diatr. p. 258*) **P**: nudare *ω* caest^{v}os **P**[1] 156 istllis **P**[1] 157 plect^{ro}or **P**[1]

II gramina, quo nimius staret medicamine sanguis,
quid faciat somnos, quid hiantia vulnera claudat,
quae ferro cohibenda lues, quae cederet herbis,
edocuit monitusque sacrae sub pectore fixit
iustitiae, qua Peliacis dare iura verenda
gentibus atque suos solitus pacare biformes.
hactenus annorum, comites, elementa meorum
et memini et meminisse iuvat: scit cetera mater.'

Exempla: 166 Theb. VI 140 annorum elementa tuorum.

---

161 somnus **q**   163 paelia$\overset{c}{g}$is $\mathbf{P}^1$ 165 solitos **P**   pacare *ω*: placare (l *s. l. add.* $\mathbf{P}^1$) **P**; *cf. Schenkelius 1882 p. 101*   bimembres **q**

subscriptio in **PQC** *exstat nulla; in* **K** EXPLICIT *legitur deterrimi quidam codices addunt versum*: Aura silet, puppis currens ad litora venit.